Philemon, the poet

Carolus Augustus Dietze

De Philemone Comico

Herrn Professor Dr Blass d. V.



# DE PHILEMONE COMICO.

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS CONSENSV ET AVCTORITATE

IN

ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

AD

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

CAROLUS AUGUSTUS DIETZE
FRANCOFURTENSIS.



GOTTINGAE
OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA TYPIS EXPRESSIT
MDCCCCI

De dissertatione probanda ad ordinem rettulerunt
Georgius Kaibel et Fridericus Leo.
Examen rigorosum habitum est
a. d. XVIII. Kal. Febr. a. h. s. I.

## I.

Quo crebrius nuper contigit, ut comoediae Atticae fragmenta in lucem proferrentur, eo melius sperari potest fore, ut aliquando integra Menandri fabula nobis condonetur. Quae cum ita sint, in futurum tempus differendus videtur esse qui de novae quae dicitur comoediae indole scribere in animo habet. Cui viam munire hoc tempus non alienum ducimus. Quantum enim Plauti fabulae ad exemplaria Attica illustranda valerent, proximis superioribus demum annis viri docti[1]) demonstraverunt. Quorum studiis nixo cum nunc aliquid in hac re proficiendi facultas data sit[2]), nobis pro nostra parte quaerere propositum est de Philemonis comici propria indole et arte quid ex fragmentis et Plauti fabulis cognosci possit. Atque primum paucis quae exstant de vita Philemonis testimoniis praemissis de argumentis, deinde de personis

1) Frid. Ostermayer: de hist. fabulari in com. Plautinis, diss. Gryph. 1884. Max. Schuster: quomodo Pl. Attica exemplaria transtulerit, diss. Gryph. 1884. Guil. Frantz: de comoediae Atticae prologis, diss. Argent. 1891. Ud. de Wilamowitz-Moellendorff: ind. schol. Gotting. 1893/4; idem iam antea in libris de Antigono C. (p. 140) et de Isyllo (p. 37[8]) scriptis, nuper in Novis Annalibus Teubnerianis 1899. Frid. Hueffner: de Pl. com. exempl. att. quaest. maxime chronologicae, diss. Gott. 1894. Frid. Leo: (Plautinische) F(orschungen) Berolini 1895. Jo. Geffcken: Studien zu Menander, wiss. Beilage z. Jahresbericht des Wilhelm-Gymnasiums in Hamburg. 1898.

2) Tamen mihi conscius sum, quot quaestiones adhuc hac in re desiderentur. Quas simul tractare cum supra vires meas sit, me in hoc opusculo omnibus locis ad poëtae Graeci indolem illustrandam usurum esse pronuntio, quos a Plauto ipso compositos esse comprobatum non est.

Philemonianis dicamus, tum ad quaestionem gravissimam procedamus, quomodo Philemo fabulas composuerit. Denique de singulis rebus, quae ad indolem poëtae comici cognoscendam pertinent, nobis quaerendum esset, e. g. quibus facetiis Philemo usus esset quibusque sententiis, comparationibus, figuris sermonis sermonem exornavisset. Quod quamvis magni momenti sit, ne supra modum hoc opusculum augeatur, omittere coacti sumus.

Philemo[1]) per C fere annos aetatem duxit[2]). Atque mortuum eum esse bello Chremonideo scimus[3]). Ergo natus est XX annis ante Menandrum, unde, ni fallor, ortus est error Apulei, qui Philemonem mediae comoediae poëtam dicit (Flor. XVI). Sed quo tempore Athenas migraverit nescimus[4]). Quamquam enim postea civitate Attica donatus est[5]), constat eum ut multos comicos Atticos peregre ortum esse[6]). Hoc vero nunc scimus[7]) eum primam victo-

---

1) cf. Meineke M. et Ph. rel. XLIII sqq.

2) Diodor. $23_6$: βιώσας ἔτη ἐννέα καὶ ἐνενήκοντα; (Lucian.) Macrob. 25: ὁμοίως τῷ Κρατίνῳ ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα ἔτη βιούς; Suid.: ἐβίωσεν ἔτη ϙθ′, εἰσὶ δὲ οἳ λέγουσιν α′ καὶ ρ′.

3) Aelian. de provid. apud Suid. s. v. Φιλήμων; anno 262 Diodor.; cf. Dittenberger Syll.[2] II p. 528[7].

4) Alius videtur esse Philemo Anaxandridis fabularum actor (Aristot. rhet. p. 1413 b; Aeschines contra Timarchum 115).

5) CIA II 1289 <Φιλήμω>ν Δάμωνος Διομειεύς (suppl. Kumanudis ex CIA III 948); Kaibel Com. Gr. Fr. I p. $9_{66}$: μετέσχε δὲ τῆς τῶν Ἀθηναίων πολιτείας.

6) Syracusae: anon. Kaibel p. 9, Suid., Inscr. Gr. Sic. et It. 1221, Solis Ciliciis (non Cypriis cf. Pape-Benseler Nom. propria[3] p. 1618 b): 'gravissimus auctor' Strabo XIV p. 671, cuius error quomodo ortus sit, Meineke l. c. p. XLIII/IV frustra enucleare studuit. Neque nomen patris Doricum Δάμων (CIA II 1289, III 948, anon. l. c., Inscr. Gr. Sic. et It. 1221), cum utrumque oppidum Doricum fuerit, ad rem decernendam iuvat. Quodsi Christius fabula, cui nomen est Σικελικός, argumento utitur, nihil agit. Nescio autem an ex Athenaeo p. 81 c—f (fr. 1 Kock) concludere liceat Philemonem Solensem fuisse. Hic legimus Philemonem quoque, videlicet ἀγνο-

riam anno 327 archonte Euthycrito reportasse. Vicit autem plus quam octies[1]). Merito enim Philemoni, qui X

---

οὔντα ut Nicandrum, in 'Rustico' τὰ Κυδώνια μῆλα στρουθία καλεῖν, cum Theophrastus inter κυδώνιον μῆλον et στρουθίον clare distinguat. Eandem distinctionem invenimus apud Galenum (Kühn vol. VI p. 450), sed hic nos docet aliis in Asiae partibus alium usum valuisse. Itaque cum οἱ κατὰ τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν Ἕλληνες i. e. proximi oram maris Aegaei incolentes cum Atheniensibus consentirent, Nicander Thyatirenorum, Solensium morem Philemo secutus est. Id si in ,Rustico' eo consilio fecisset, ut hominem peregrinum alienis verbis significaret, hoc ita ab Athenaeo excusatum esset. Etiamsi autem recte Strabo Philemonem Solensem dixerit, tamen Syracusanus quoque fuisse potest. Quod quomodo fieri potuerit, intelleges, si quae Diog. L. VIII 78 de Epicharmo tradidit, comparaveris. Praeterea novit Philemo Aegyptum: Ibi initio saeculi a. Chr. n. tertii plurimum pollebat Demetrius Phalereus, qui comoediae tam studiosus erat, ut de Antiphanis arte libros conscriberet. Atque postea Ptolemaeus Philadelphus Lycophronem comoedias Atticas colligere et in ordinem redigere iussit et Macho Alexandriae comoedias composuit tam curiose Atticas imitans, ut vel Athenis scaena esset (cf. fr. 1 Kock). Ergo Alciphroni (epist. II III 17 Φιλήμων δὲ εὐτυχείτω . . . γενόμενος ἐν Αἰγύπτῳ) credere possumus Menandrum et Philemonem a Ptolemaeo I invitatos esse atque illum Athenis mansisse, hunc Alexandriam profectum esse Eo facilius narratiuncula apud Plutarch. p. 458 A 449 F fingi potuit. Diutius autem Philemo in Aegypto vix commoratus est. Certe non patria expulsus est, ut e Telete περὶ φυγῆς (Hense p. 17/8) Meineke l. c. p. XLIII eumque vel in III. editione historiae litt. Gr. secutus Christ. concluserunt. De Philemone enim dicta tantum usque ad verbum διατελῶ pertinent.

7) Traditum est in Marmoris Parii parte nuper reperta cf. A. Wilhelm acta Instituti Attici Arch. Germ. XXII p. 187; cf. Suid.: ἤκμαζεν ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας, βραχὺ Μενάνδρου πρότερος. Nimirum eum statim prima fabula vicisse non ita verisimile est, recte igitur anon. (Kaibel p. $9_{67}$) ἐδίδαξε, inquit, πρὸ τῆς ριγ' ὀλυμπιάδος.

1) Tituli CIA II 977 nova editio exspectanda est (cf. Kaibel Com. Gr. Fr. p. VI). Una e victoriis Philemonis est anni 306 (CIA II 1289; archontis Anaxicratis cf. Koehler. acta Instituti Att. III 237 sqq. V 273 cum adn. 2, CIA $IV_2$ 234 b) quo Philemo <Callip?>po actore usus est. Haec fuit fort. Lenaïca, Lenaeis enim tragoedias priore loco actas esse e Demosth. Mid. 10 cognoscimus.

fere annis ante Menandrum [1]) docere fabulas coepit, postea vivi felix aemulus (Gellius N. A. XVII$_{IV}$; 'saepe Menandro praelatus est': Quintilian. X $1_{72}$; 'eum vicit saepenumero': Apuleius [2])) trigintaque annis illi superstes fuit [3]), maiorem victoriarum summam tribuimus quam Menandro. Nempe hic — ne dicam de Antiphane et Alexide — multo expeditior in fabulis componendis fuit, quam Philemo, qui quamquam per tam longum tempus aetatem egit, tamen non plures fabulas quam Menander (CV cf. Apoll. ap. Gell. l. c.) reliquit. Scripsit [4]) autem δράματα ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα (Diodor. $23_7$). Quo ex numero duas partes nominum gramma-

---

1) Qui primam victoriam archonte Democlide (315) reportavit cf. acta Inst. Att. XXII p. 188, 200 sq.; primam autem fabulam docuit a. 321 archonte Philocle. Recte enim legitur πρῶτον Kaibel l. c. p. $9_{71}$; nam ubi novit, hic anonymus annum primae fabulae dat (cf. sub Eupolide et Aristophane; hic cum Bekkero ,πρῶτον' scribendum est, cum Δαιταλῆς secundum praemium tulisse acceperimus), Hieronymus autem manifesto erravit.

2) Apuleius quin complures Philemonis fabulas legerit, non dubito. Tamen quae profert tam contorte dicta sunt, ut caute eius testimonio utendum esse mihi videatur.

3) Scimus enim eum usque ad mortem infracto corporis animique robore Athenis (contra Diphilus Smyrnae mortuus est) et propriam quidem in Piraeo domum possidentem (cf. Aelian ap. Suid. s. v. Φιλήμων) fabulas docuisse ex quamvis dissimilibus de morte eius testimoniis: Diod. XXIII 7, Apul. Flor. XVI, Aelian l. c. (cf. Plateni nostri de morte Ph$^{is}$ carmen et Sappho fr 136 Bgk$^2$) Plutarch 785 b; (Lucian.) Macrob. 25, Suid., Val. Max. IX c. XII Ext. 6 Adde CIA II 975 i: <Φιλήμων> <π>ρεσβύτερος τεθ. <Παρακατα>θήκει <ὑπε· Λυσί>μαχος cf. Bergk. Mus. Rh. $34_{333}{}^2$. Hic quid sibi velit τεθ. Dittenberger. (Syll.$^2$ n. $698_{19}$ p. $529^2$) demonstravit.

4) Traditum est 'σῴζεται' anon. Kaibel l. c., neque tamen verisimile est Alexandrinos ita multas Philemonis fabulas desiderasse. Suidam Kaibel. sic supplet: ἔγραψε δὲ κωμ. <ζ'>πρὸς ϙ'. Sed qui numerus hic exciderit nescimus. Suidas enim saepius alium numerum atque anon. praebet cf. de Antiphane: σπ' et σξ'; hic a Suida fort. alterae fabularum recensiones pro novis numerantur, ut in catalogo Piraeico Diphili Αἱρησιτείχης et Στρατιώτης seorsum laudantur.

tici nobis tradiderunt. Multo igitur, ut omnino ex multitudine fragmentorum[1]) conservatorum cognoscimus, frequentius laudatur Menander, cuius non multum abest, quin omnia fabularum nomina noverimus, paulo rarius Diphilus, cuius fabularum tres quintae partes nominum exstant. Meineke vero l. c. p. XLVI et Bernhardy II $2^3$ 1872 p. 700 iniuria nonnullas fabulas compluraque fragmenta, quae nunc inter maioris Philemonis feruntur, Philemoni minori[2]) tribuenda esse censent. Ex XLIV eius fabulis duo tantum fragmenta et unum fabulae nomen (CIA II 975 b) conservata sunt; nec mirum est, cum alterius a. Chr. n. saeculi comicos poëtas fere prorsus a grammaticis neglectos esse constet. Neque est quod 'Militem' Philemoni minori tribuamus cum Schweighaeusero, Meinekio IV 28, Kockio II p. 501, 540, Bergkio hist. litt. Gr. IV $189^{45}$, $219^{166}$. Denique qua causa adductus Kockius (II p. 540) 'Phocaeos' fabulam, quae ut παλαιά altero a. Chr. n. saeculo acta est (CIA II 975 f.), minori Philemoni ascripserit nescio.

Atque nomina fabularum, quae exstant, sub finem huius opusculi enumeravi. Qua in tabula singulis Philemonis fabulis cognomines ceterorum poëtarum ascribens mihi conscius eram et isdem sub nominibus saepius argu-

---

1) In his versus e Comparatione Menandri et Philistionis quae dicitur deprompti secundum ea, quae Cobet N. L. p. 44, Wachsmuth. in studiis de floril. Graecis scriptis Berolini 1882 p. 124 sq., Guil. Meyer: d. athen. Spruchrede des M. u. Ph. in actis Acad. Bavar. 1891 p. 273 disseruerunt, praetermittendi sunt; fr. 130 K. autem, quod in 'Vita Euripidis' et in Anthol. Pal. traditum est, tantum per errorem 'Comparationi' tribuitur cf. Meineke Com. Gr. VI p. CCXXXV.

2) Quem Suidas non recte filium Philemonis maioris natu esse dixit cf. (CIA II 2 p. 403) Koehler. de tempore comicorum CIA II 975 laudatorum. (Kockius (III p. 357) tres huius nominis fuisse coniecit. Qua de re exspectanda est tabula victorum plenior.)

menta diversa latere (cf. Φάσμα, Θησαυρός) et ad eadem argumenta multiiugia nomina quadrare.

Tamen plerumque fabulae cognomines inter se cohaerent. Item verisimile est pleraque, quae Philemoni cum mediae comoediae poëtis, imprimis cum Antiphane, communia sunt argumenta prioribus annis scripta esse, Menandri aetate eas fabulas, quarum nomina apud eum quoque exstant. Communia autem sunt fabularum nomina:

Philemoni cum Antiphane (solo IV) XII[1]),
(Menandro cum Antiphane (solo V) X (XIII),
Diphilo cum Antiphane (solo I) X (XIII));
Philemoni cum Alexide (solo I) VII (IX)[2]),
(Menandro cum Alexide (solo VII!) XIV (XVIII),
Diphilo cum Alexide (solo I) XII (XV));
Philemoni cum Menandro (solo I) XII (XVI)[3]),
(Diphilo cum Menandro (solo II) IX (XI));
Philemoni cum Diphilo (solo I) VIII (X)[4]).

Contra perraro Philippides (No. 7), fere numquam Posidippus neque ita saepe Apollodorus Carystius[5]) Philemonis vestigia pressisse videntur, immo Posidippus saepius ad argumenta mediae vel antiquae comoediae rediit, cum Apollodorus C. consulto ut in Hecura (cf. Donat. et Leo F. 126[4]) nova ausus sit. Saepe autem Philemonem imitatus est Bato[6]). Praeterea cf. Epimetrum I. Apud Phile-

1) No. 1, 2, 9, 11, 13, 16, 32, 36, 38, 39, 41, 63.

2) 3, (10), 18, (21), 29, 33, 46, 63, 64.

3) 1, 2, 3, (9), 18, 19, (28), 30, 33, 35, 51, (63), (66), 67, 68, 75.

4) 3, 16, 20, 22, (28), 30, (46), 62, 63, 64.

5) Qui in Ἐπιδικαζομένῳ Philemonis Sardii fr. 74 (cf. Frantz p. 20), in eadem fabula Pseudolum (cf. Bierma quaestiones de Plautina Pseudolo Groningae 1897 p. 139 sqq.) vel fabulam eius similem, fort. Ἐπιδικαζόμενον Philemonis (cf. Frantz p. 21 adn.) imitatus est; ad Phormionis v. 205 cf. Merc. v. 220 sqq. Praeterea cf. p. 17.

6) Qui cum Arcesilai discipulus fuerit, medio tertio a. Chr. n. saeculo floruit. Atque tituli Philemoniani idemque Batonis sunt

monem solum nunc invenimus IXXX vel XXXIII[1]) fabularum nomina (apud Menandrum XXXV v. XLVI, apud Diphilum XXI v. XXVI, i. e. apud omnes tres poëtas fere dimidiam partem nominum fabularum traditorum), ex iis autem, quae ei cum ceteris communia sunt, profecto compluribus prior usus est. Contra complura fabularum nomina ab aliis quoque scriptarum, quae nunc apud Philemonem solum invenimus, amissa sunt; itaque dimidiam fere partem nominum fabularum (non argumentorum) Philemonem invenisse statuere possumus. De singulis argumentis autem cum pauca, quae dicere possumus, occasione data infra dicturi simus, nunc satis habeo de tempore

---

Αἰτωλὸς, Ἀνδροφόνος, Πανηγυρισταὶ (Meineke I 166); porro philosophos irridet Bato in fr. 2, 3, 5 – 8 ut Philemo in 'Philosophis' saepiusque aliis in fabulis (cf. p. 10[1]). De Aetolo et fr. 1 cf. p. 19, in fr. 4 coquus gloriosus loquitur, cuius verba (v. 7) bene cum Porsono e Philemonis fr. $79_{26}$ suppleri possunt. Vel Εὐεργέτας et Συνεξαπατῶντα nomina fabularum Philemonis fuisse verisimile est: cf. de illa fabula p. 17, huius fr. $5_6$ conferas cum Philemonis fr. 104, fr. $5_{11\,sqq.}$ cum Phil[is] fr. 28. Omnino totum hoc fragmentum 5 pro Pseudoli (de qua cf. p. 35 sqq.) versibus 481 sqq. poni potest, ubi πατὴρ μειρακίου δυσχεραίνει ὡς διαφθαρέντος κατὰ τὴν δίαιταν ὑπὸ παιδαγωγοῦ (cf. Ath. 103 c). 'Συνεξαπατῶν' nomen autem bene in 'Pseudolum' quadrat. Quae cum ita sint, haud scio an 'Phoenicides' fabula quoque Batoni adscribenda sit (cf. p. 38). Hic enim ut omnino apud Batonem imitatio Philemonis tanta est, ut vix illius aetatis comicorum more excusetur, potius Bato quasi legitimus Philemonis heres fuisse videatur ut Stephanus Antiphanis (cf. quae de Aeschyli fabulis Athenienses sanxerunt). Stratonem autem Suidas ex Ath[o]. 382 b c tantum novit. Ut Athenaeum et Suidam hunc cum Batone commutasse suspicor, sic manifesto cum Platone Bato commutatus est a Suida (cf. Meineke I 166), qui ex Ath[o]. falsa recepit (cf. Meineke I 480/1). Idem error subesse videtur Et. M. $389_{38}$, ubi locus Philemonis (fr. $91_4$) Platoni tribuitur. Omnino Batonis, ignoti poëtae, nomen plerumque perperam traditum est (cf. Meineke p. 480).

1) No. 5, (6), (7), 10, 12, 14, 15, 17, 21, 24, 25, 27, 31, 34, 37, 43, 44, 49, (50), 52—61, 69, (71). 72, 73.

trium fabularum Philemonis, quas Plautus vertit, et Pyrrhi fabulae disserere.

In hac primo obtutu homo flavus partes agere videtur (cf. Horat. c. III 20₈). Etsi enim poëtas novae comoediae quoque viros notos in fabulis nominatim laudasse vel perstrinxisse constat[1]), tamen novum atque Menandri quidem aetate inauditum videtur, ut fabula a certo aliquo huius temporis homine nomen ceperit. At Apollodori C.[2]) aetate in hac quoque re ut in aliis ad prioris temporis (cf. inprimis 'Philippus' Mnesimachi, alia apud Meinekium I 274) morem revertebantur: cf. cum Meineke I 438, tum Diphili Amastris (Meineke I 450/1), Posidippi Arsinoë. Huius generis haud scio an Pyrrhus quoque Philemonis

---

1) cf. Meineke I 436 sq., Susemihl I 248, Leo Hermae XVIII 558. Acerbissimus Philippides fuisse videtur cf. fr. 25 (Wilamowitz-Antig. 199[20]) neque Menander, quamquam ἥκιστα ἦν λοιδορός, in prioribus quidem fabulis (scilicet ante a. 300 scriptis) aculeatis verbis abstinuit cf. imprimis fr. 21—23. Quo Philemo mordacior non fuit. Cuius locos enarrare hic meum est: Commemorantur reges Alexander (cf. Menand. fr. 924; 293 non bono animo, contra cf. ex Alazone Mil. gl. 777, qua de fabula vide p. 41 sqq.) et Agathocles mortui, quorum virtus laudatur: Most. 775 (cf. Pseud. 532), Seleucus vivus: fr. 47 (cf. ex Alazone Mil. gl. 75, 948 sq. 951), Magas, cuius inscitia deridetur: fr. 144. Praeterea homines alicunde noti: Harpalus et Pythionice: fr. 16, Agyrrhius, Callimedontis filius: fr. 42, Astydamas, poëta tragicus: fr. 190, Cantharus quidam: fr. 33, Neaera meretrix: in fabula cognomine. Diphilum seque ipsum iocose nominat Philemo Most. 1149 (Leo Hermae XVIII 560). Denique philosophos imprimis a Philemone, qui fabulam Φιλοσόφους scripsit, traductos esse cognoscimus; sic Zenonem Stoicum: fr. 85, Epicurum: fr. adesp. 127 (cf. p. 60) cf. Bato fr. 5., Cratetem Cynicum: fr. 146 (cf. Menand. fr. 117. 118. fr. adesp. 120), Menedemum; fr. 26 (cf. Diog. L. II 139: (εἰ μὲν οὖν λαχάνιον ἢ ταρίχιον, ἀνεχώρουν, εἰ δὲ κρεάδιον, εἰσῄεσαν). ἦν δὲ τοῦ μὲν θέρους ψίαθος ἐπὶ τῶν κλινῶν, τοῦ δὲ χειμῶνος κῴδιον (cf. Phil. fr. 146); brevi antea Lycophro, qui hic e Philemonis fabula hausisse videtur, deminutivis utitur ut Phil. fr. 26). Praeterea philosophi deridentur fr. 71 et 28.

2) Vide Epimetrum I.

fuerit. Atque Pyrrhus rex commemoratur in Phoenicidis 'Tibicinis'. Hic servi colloqui videntur (cf. Epidicus $I_1$ inprimis v. 59/60) his verbis:

A. δύνασαι σιωπᾶν; B. ὥστε τοὺς τὰς διαλύσεις συντιθεμένους κεκραγέναι δοκεῖν.

Ad haec Hesychius 'πρῶτόν', inquit 'φασι Φοινικίδην .. ἐν ἄστει διδάσκοντα ἀποσκῶψαι τὴν σιωπωμένην ὁμολογίαν περὶ τῶν διαλύσεων Ἀντιγόνου καὶ Πύρρου .. ἄλλοι δέ φασι παροιμιωδῶς εἰρῆσθαι ἐπὶ Ἀντιγόνου καὶ Πύρρου τῶν βασιλέων τῶν τὰς ὁμολογίας ἀποῤῥήτως ποιησαμένων οὕτως, ὥστε μηδὲ τοῖς γραμματεῦσι πιστεῦσαι. Eaedem διαλύσεις commemorantur in fr. adesp. 347 (Plutch. 518 F/519 A). Hic 'dominus indignatur, quod servus garrulus (cf. Plutch. 511 E: ὁ δ' Ἀττικὸς (οἰκέτης) ἐρεῖ τῷ δεσπότῃ σκάπτων ἐφ' οἷς γεγόνασιν αἱ διαλύσεις) vel inter opera rustica sibi talia non curanti de rerum publicarum statu narret' (Kock.). Quod fr. propter τὰς διαλύσεις commemoratas non Menandri Georgo tribui potest, potius Philemonis Pyrrho. Hic enim dominus (nam quae sibi optat, hominis liberi bona sunt: fr. $71_{9\,sqq.}$) ut e. g. in Menandri Heaut., Georgo ἐν ἀγρῷ διατρίβει τήν τε γῆν σκάπτει a vita urbana alienus philosophosque tempus inutiliter terentes irridens. De quibus inaudivit tantum aliquid, fort. a servo (cf. de servis philosophantibus Bierma p. 12), qui ut Tranio (Most. 15) vitam urbanam rusticae praefert. Nam οἱ πολυπράγμονες σπανίως εἰς τὸν ἀγρὸν βαδίζουσιν, τὸ ἥσυχον καὶ σιωπηρὸν τῆς ἐρημίας οὐ φέροντες (Plutch. 518 F). Apud Plutarchum quidem servus in urbe (τὸν αὐτομάτως ἐρχόμενον ἐκ πόλεως λόγον) ambulat de pacis condicionibus (ut Stasimus de rebus publicis Trin. 1057) quaerens (ταῦτα γὰρ πολυπραγμονῶν νῦν ὁ κατάρατος περιπατεῖ — cum senex ipse ἀπραγμόνως vivat cf. Apollod. Adelphi fr. 1 (K. III p. 288), Arist. Pax 191 cum scholio). Quae cum ita sint fort. nomen Pyrrhi Philemo

fabulae dedit, quod pax a sene in fr. 71 tam pulchre laudata hae διαλύσεις erant, quarum urbani omnes curiosissimi erant. Quae quo anno factae sint, quaerendum est. Atque in annum 287 (cf. Droysen. II 2 p. 301/2, de Wilamowitz Antig. 208, Niese I 379/80) omnia quadrant (periculum enim urbis maximum tum erat itaque desiderium pacis vehementissimum cf. de Wilamowitz l. c. p. 204, ind. schol. 14[2]), nisi quod πρὸς Δημήτριον εἰρήνην ἐποιήσατο Pyrrhus (Plutch. Pyrrhus 12), non cum Antigono, ut Hesychius (fort. quia Antigonus in foedere inter Demetrium et Pyrrhum ineundo magnas partes egit) narrat. (Praeterea cf. infra p. 57[1]). Itaque 'Pyrrhus' fabula fortasse eodem fere tempore acta est quo 'P h a s m a', de qua Hueffner (p. 68) Leonis emendatione versus 1149 usus recte egit. Neque haec fabula mihi ita multo post a. 289 data esse videtur. Optime enim Diphili solius praeter ipsius nomen commemoratio in id tempus convenit, quo Menandro et Alexide (ut opinor, huius enim de anno natali nil constat, de Hypobolimaeo (fr. 244) res est dubia) mortuis, Philippide absente, Posidippo et Apollodoro C. nondum celebratis Philemo Diphilusque amicitia arte coniuncti soli novae comoediae principes erant. Quorum uterque tum, quamvis grandis natu, in posterum Atheniensibus artis suae specimina se daturum esse promisit. Quod Philemonem fecisse, cum ex Aegypto reversus denuo Athenis fabulas docere coepit, conicias. Videlicet forte factum est, ut in fabula quoque (v. 440) Theopropides ex Aegypto redeat, profecto enim Philemo cum sene illo ineptissimo ab Atheniensibus comparari noluit.

Contra de 'T h e s a u r o' Hueffner. non recte iudicasse mihi videtur, de 'E m p o r i' tempore Plautina 'Mercator' nullum testimonium praebet. Itaque de his mihi paulo fusius agendum est.

Atque Emporos Menandro vivo scripta est. Cohaerent enim cum Emporo complures Menandri fabulae[1]). Huius rei testimonia, quae praesto habeo, promam:

ad Merc. 46 sqq. cf. Heaut.[2]) 99 sqq., inprimis cum Merc. 62 sq., H. 110 sq. (Leo F. 148[1]).

| | | | |
|---|---|---|---|
| ad Merc. 18 sq. | cf. Eunuch. 59 sqq. | | |
| „ „ 70 sq. (cf. Trin. 244 sqq. et p. 50) | cf. | Georgos<br>Hydria | Quintil. XI $3_{91}$ |
| | Andria 254, 286 sqq., cf. Ox. Pap. I No. XI 14 sqq. etc. | | |

In Georgo quoque adulescens iam heri (ἥκων δ'ὑπὸ νύκτα τήνδε cf. Merc. 481) Athenas reversus nihil ad periculum diminuendum facit, immo quid agat plane nescius (cf. Andria 260/4) de salute meditans ambulat (ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπειμι καὶ βουλεύσομαι... ὅπως δεῖ διαφυγεῖν με τὸν γάμον) cf. Merc. II 3 in.

1) Cohaeret quoque Diphili Κληρούμενοι (Leo F. 148[1]), cuius de tempore Hueffner. nil enucleavit; de ea fabula, quam in 'Rudente' Plautus expressit, res dubia est (cf. Leo F. 148, contra Marx. ind. schol. Gryph 1892/3 et Wiener Sitz.-Ber. 1899 VIII). Inepte quidem compositum somnium in 'Mercatore' est neque ut somnium in 'Rudente' Graecam originem clamat, sed in 'Mercatore' quoque ad argumentum quadrat neque Philemo versus spurcidicos respuit (cf. p. 58[2 s. f.]) Denique vel optimos novae comoediae poëtas alterum ab altero versus deprompsisse (contra cf. Marx. Wien. Sitz.-Ber. p. 28) fragmentis comprobatur. Sagacissime vero Marx. (l. c. p. 26[1]) e versibus 49 sq. conclusit Diphilum Rudentis exemplar post a. 262 (i. e. post Philemonis mortem) docuisse. Sane Plautus quoque Agrigentinum proditorem urbis dicere potuit (cf. Livius XXVI, XL). Neque tamen dubito, quin idem poëta senem Atticum bonum (v. 35 sqq.) atque lenonem eiusque socium scelestos esse demonstrare studuerit.

2) Quae fabula scripta est post a. 306 et ante pugnam Ipsiacam, post quam adulescens Atheniensis apud regem in Asia stipendia non merebat, cum Athenienses Cassandro faverent (CIA II 297, de Wilamowitz Antig. 239); qua cum re congruit, quod respublica incolumis erat (v. 194). Optime igitur omnia in a. 302 aut 301 quadrant, quo adulescens ad Antigonum regem proficiscitur, cum pater XXX annis ante i. e. sub Alexandro in Asia stipendia fecerit.

ad Merc. 223 sq. cf. Andria 227.

Charini consimilis est Alcesimarchus in Cistellaria[1]) cf. inprimis 930 sqq. cum Cist. 283 sqq. Porro fabula similis argumenti fuit fort. Menandri 'Incredulus', si quidem recte opinamur patrem non credere, si delicatam filius matri se emisse dicit: Merc. 207 sq. cf. Menand. fr. 64 (Praeterea ἅβρα commemoratur Phil. fr. 124, Menand. fr. 438, 520, Nicostratus, Menandri aequalis (CIA II 977) scripsit Ἅβραν). Denique senex amans, qui compluribus in fabulis deluditur (apud Menandrum in Chalceis quoque cf. fr. 509) in Disexapatonte cum ove vetula perbona comparatur: Bacch. 1129 cf. Merc. 524/6; eadem in scaena Merc[is]. v. 512 Menandri verba recordamur οὐδεμιᾶς οὔσης χρηστῆς fr. 945 e 'Thaïde' (cf. p. 59); senem Acherunticum (Merc. 290) Menander in Ephesio (cf. Mil. gl. 627; de Ephesio cf. p. 20[2]) dixit.

Manifestum igitur est, etsi Menandrum omnibus his locis e Philemone pendere demonstrari non potest, Emporum cum Menandrëis fabulis magis cohaerere quam Phasma et Thesaurum. Certiora autem temporis indicia non invenimus. Quodsi 690 (cf. Casina 406 et 408) Philemo ad Amphitruonis exemplar ut fabulam paulo ante actam (et ab ipso quidem scriptam cf. p. 22) alluserit, hac re nil proficimus, quia ne de Amphitruonis quidem exemplaris tempore quicquam certi novimus. Quod autem Charinus 837 sqq. de rebus publicis queritur, ad fabulae tempus cognoscendum auxilio nobis esse non potest, cum miseri hominis sit patriam contemnere ut senis actum tempus

1) Hanc fabulam ad Menandream redire cum fr[i]. 558 cum v. 89/93 cognatione, tum totius fabulae indole comprobatur. De tempore huius fabulae Hueffner. (p. 24 adn.) nil enucleavit, nisi verisimile esse, dum Athenae obsidebantur, fabulam doctam esse. Fort. Cist[ae] versibus 197 sqq., quos Plautus tempore belli Punici scripsit, iam apud Menandrum versus ut in fr. 616 legimus, respondebant.

laudare (Trin. 293/5). Porro Rhodo, urbi opulentissimae et εὐνομωτάτῃ (Strabo p. 652), cuius mercatoribus saepe aemulabantur, Athenienses iam diu infensi erant: cum Merc. 511 cf. Demosth. XV 16 οὐκ οἶδ' εἴποτ' ἂν εὖ φρονῆσαι ἠθέλησαν, ὄντες Ῥόδιοι. Ergo hoc tantum constat fabulam eo tempore actam esse, quo Athenae bello non premebantur. Charinus enim sine ullo periculo ad mercatum Rhodum indeque Athenas navi vectus est. Quod quadrat in idem tempus, quo Δισεξαπατῶν data est (cf. Hueffner. 38). Quam Demetrii Phalerëi aetate doctam esse cum e loco a Leone explicato (Hueffner. 37), tum ex indole fabulae concludamus. Qua cum fabula Emporum cohaerere de uno loco p. 14 dixi, ex ultimis autem utriusque fabulae versibus discimus 'Disexapatontem' priorem esse Emporo. Nulla enim Menandro fabulae suae excusandae causa erat (Bacchid. 1209), si antea Philemonis Emporos, qua tota de senis amore agitur, iam placuerat[1]). Itaque Menander, qui primus hoc ausus est, rem e vita sumpsit (1209/10), Philemo ex fine fabulae Menandreae novum totius fabulae argumentum composuit. Ergo Emporos post Menandri Disexapatontem docta est, i. e. intra annos 315 et 307, in Pseudoli vero exemplari (docto a. 309 aut 308: Hueffner. 16) Philemo (cf. p. 35 sq.) ad Emporum alludere videtur (cf. Pseud. (434—)436).

In Emporo Philemo tantopere adulescenti favet, ut non solum senex deludatur, sed etiam filius amica in posterum tranquille frui possit (cf. Pseud.) cum verendum non sit, ne pater ipse vitii convictus umquam filii amori denuo obsistat. Iam alius est Phasmatis exitus: hic enim poëta Philematium fere prorsus neglegit. In Thesauro

---

1) Quae verba mihi non a Plauto composita esse videntur; qua de causa enim quod in 'Mercatore' non excusaverat, in 'Bacchidibus' ei excusandum fuerit non intellego.

vero Philemo senex cum senibus plane consentit (ut Philto (380/1) ipse tota fabula doctis dictis abundat). Atque indoles huius fabulae tam diversa a Phasmate est, ut Hueffnerum[1]), qui (p. 61) fabulam intra a. 292 et 287 doctam esse statuit, errasse mihi persuasum habeam. Immo qnam proxime ad id tempus procedere necesse est, quo Captivi docta est. Omnia enim, quae in prologo (v. 55/8) et fere omnia, quae in epilogo (1029/34) Captivorum dicta sunt — atque haec ad poëtam Graecum redire ex Arist. Nub. 537 sqq. elucet — in Thesaurum quoque cadunt. Hic quoque boni (vel mali ut Lesbonicus) meliores fiunt et vel ipsa amatio (si quidem Lysitelis coniugii desiderium ita dicere velis) et argenti circumductio ad pudicos mores factae sunt. Amatio enim Lysi-

1) Sane recte Ostermayerum refutavit. Sed etsi v. 207 Demetrium Phal. Athenarum dominum significari cum Hueffnero censeas, hic versus tum compositus postea una cum sequenti (quocum conferas Theocrit. XV 64) saepius ut proverbium (Seyffert, Bursian. 84 (1895) p. 53 bene Stichi 133 comparat) repetitus esse potest. Sed ne id quidem necesse est regem illum Athenarum dominum esse; satis enim erat, si omnes sciebant, qui esset. Quod bene quoque fieri potuit, si de Antigono Gonata et Phila haec dicebantur. Cuius in tempora pauca, quae e fabula de Athenarum statu novimus, quadrant: Athenienses bellum gerere (1034), Athenis annonam caram esse (33), in mari praedones plurimos versari (1088), in Asia et Cilicia reges conflictari (599; fort. Antiochus et Antigonus Gonatas cum Ptolemaeo II cf. Niese II 128/130). Vix autem casu factum est, ut portitorum nisi in huius aetatis fabulis mentio non fieret: cf. Trin. 794, 810 (cf. Phormio 150; apud Apollodorum, videlicet Carystium, fr. $13_{13}$ (K. III p. 292): Κλέπτει, τελωνεῖ, ῥᾳδιουργεῖ) 1107, Menaechmi 117 sq., Asin. 159, Eudoxus (vide epimetrum I) fr. 2 (ut ἐλλιμένιον Ath. 641 a, sic παῖδες κεκραγότες praebent ἀηδίαν πολλήν). Videlicet facile in odia hominum incurrunt ut faeneratores portitores (Cicero de offic. I 150), sed inprimis Atheniensibus odiosi erant, dum portus Attici a tyrannis, Macedonum clientibus, tenebantur. Quae res prima belli Chremonidei causa fuisse videtur, cuius initio Thesaurus docta est.

telis plane differt ab adulescentium amoribus meretricum, ut e Menandri prioribusque Philemonis fabulis novimus, et argenti circumductio est ψεῦδος ἐπὶ σωτηρίᾳ Lesbonici λεγόμενον (cf. Sopho. Philoct. 108 sq. Diphil. fr. 48; ergo eius quoque Thesaurus[1]) ad posteriorem hanc aetatem pertinet. Praeterea cf. Aeschyli fr. 301 et 302). Plane eadem ratione fraus, qua in Captivis Tyndarus utitur, pulcherrima atque generosissima causa excusatur. Denique in utraque fabula mulieres prorsus eliminantur, nempe quia in fabulis, ubi boni tantum homines inducuntur, muliebribus personis Philemonis opinione (Merc. 512) locus non sit. Utraque igitur fabula post Menandri mortem docta esse videtur et eo quidem tempore, quo poëtae quidam consulto a Menandri vestigiis discesserunt. Fuerunt ii autem Philemo, ut e Trinummo discimus et Apollodorus C. (cf. p. 8)[2]); huius fabula, in qua boni meliores fiunt, fuerit quoque Ἀντευεργετῶν cf. Εὐεργέται[3]) ⟨Philemonis (vide p. 8[6])⟩, cum Posidippus in Menaechmis optimo iure vetera atque iam probata exempla sequeretur. Captivorum igitur auctor Posidippus non est. Sed Apollodorus C. quoque esse non potest, quippe qui longe aliter ac Philemo mulieribus maximas partes tribuerit cf. p. 24[1].

1) Simile argumentum in ultima fabula, 'Deposito', ut nomen indicat, Philemo tractavit. In qua Apuleio, si quidem huic credere vis, teste res ad facem nuptialem pervenit, quod eadem fere ratione atque in Thesauro factum esse potest.

2) Sane haud scio an iam in 'Epitrepontibus' meretrix similis indolis atque Bacchis in 'Hecyra' a Menandro inducta sit. Finxit quidem Menander meretricem bonam iam in 'Eunucho' atque fortasse iam in 'Synerosa' (quae est non 'Treuliebchen' (= ἀντερῶσα ut Selenium in Cist.) Luebke wiss. Beilage z. Progr. d. Lessing-Gymn. zu Berlin 1892 p. 13[1], sed amoris adiutrix cf. Eur. Andr. 223, συνερῶσα πότνια νύξ in carmine Grenfelliano) meretrix adulescentem amantem ut Bacchis Pamphilum adiuvit. Denique cf. Caecilius Synephebi fr. III.

3) In Captivis servus εὐεργέτης domini est, in Thesauro amicus amici.

Itaque e poëtis claris Philemo senex (senis enim indolem et placidam verecundamque et fervore vigoreque carentem fabula sapit) unus relinquitur, qui Captivorum exemplar composuerit. Cui coniecturae multae res favent, quas praeter ea, quae iam dicta sunt, suo loco afferemus. Quae cum ita sint, non a proposito aberrabimus, si de tempore Captivorum pauca dicemus. Iam ex iis, quae disseruimus, apparet, Christii opinionem (hist. litt. Gr.$^3$ 312$^4$) Captivos ad mediam comoediam pertinere falsam esse. Neque recte Hueffner (p. 42) bellum a. 314 pro fundamento poëtam Graecum sumpsisse putat. Contra Wilamowitz (ind. schol. 13) Captivos ne Athenis quidem neque florente aetate doctam esse existimat. Sed neque altero a. Chr. n. saeculo, neque alia in urbe praeter Athenas prologi ea pars, qua Menandri ars impugnatur, iustum locum tenebat. Immo hic prologus optime quadrat, si Captivi prima huius generis fabula fuit (v. 55: non pertractate facta est neque item ut ceterae; 1033: huius modi paucas poëtae reperiunt comoedias; Plauti autem aetate Graeci comici vix plura quam Romani de suo invenerint), quam similes ut Thesaurus et fortasse Εὐεργέται, Παρακαταθήκη secutae sunt, quarum in prologis poëtam spectatores de hoc novo genere denuo docere necesse non erat. Enucleandum igitur est, quo anno Alei cum Aetolis bellum gesserint. Atque cogitari potest de a. 281/0 cf. Niese II 11 vel potius de Aristotimi temporibus c. 271 cf. Droysen III$^2$ p. 223/5, Niese II 228 sq. Sed quam fabulam Plautus imitatus est? Mitto eos, qui propter similitudinem versuum 636/7 cum Anaxandridis fr. 59 Captivos statim Anaxandridi tribuerunt[1]). Prudentius egit Groh (quem novi tantum e Bursiano

1) Ut hic auctor Captivorum exemplaris Anaxandridem imitatus est, hi Philemonis loci cum Anax$^e$. comparari possunt:

A. fr. $2_4$ Phil. fr. $157_1$

80 (1894) p. 244), qui cum versus 277 cum Alexidis Thebanorum fr. 90 congruat, hanc fabulam Plautum imitatum esse commutatis tantum Aleis et Thebanis statuit. Thebae enim et ab Alexandro (hoc tempore Alexidis Thebani scripta sit), et bis a Demetrio expugnatae sunt captivaque mulier Thebana in Epidico commemoratur. Accedit quod Alexis scripsit Αἰχμάλωτον et Philemo quoque in Thebanis (haec fabula ad a. 292 aut 290 spectat) simile argumentum atque Captivos tractavit: cf. cum fr. 31 [1]) Capt. 304 sqq., 310 sqq. Atqui habemus Philemonis Αἰτωλόν, quam haud multo post Bato, cuius fr. 1 indolem Philemonis redolet, Crito altero a. Chr. n. saeculo imitatus est. (Hoc tempore Λυτρούμενος acta est, quae idem argumentum alio sub nomine continuerit). Ergo admodum verisimile est Philemonem circiter a. 270 Αἰτωλὸν scripsisse, quam Plautus in Captivis expressit.

Quoniam de tempore fabularum quae dicere potui, dixi, nunc quo loco scaena fabularum fuerit, quaeram. Atque ut Αἰτωλός, Θηβαῖοι, nomen ab incolis terrae vel oppidi acceperunt hae fabulae Philemonis: Βαβυλώνιος

---

A. fr. 6 Strato fr. 1 (de quo cf. p. 8$^{6}$ et p. 38)

A. fr. 62 cf. Phil. fr. 19

similes sententias invenies

A. fr. 4 Phil. fr. 31; 121, 213; 10, 191

A. fr. 21 Phil. fr. 118, 247 quae fr$^{a}$. Phil$^{i}$. non abiudicamus. Ut apud omnes fere poëtas comicos apud Anax$^{m}$. quoque contumelias in mulieres invenimus fr. 52 (de Philemone cf. p. 25 sqq.). Ex Anax$^{is}$. fabulis III cum Philemonis nomina similia habent: Ἄγροικος, Θησαυρός, Φαρμακομάντις (cf. Ἀγύρτης). Κωμῳδοτραγῳδία de Amphitr. v. 59 nos commonefacit. Adde quod Anax. primus novae comoediae propria, ἔρωτας καὶ παρθένων φθορὰς induxisse dicitur; artius igitur cum Philemone cohaerere videtur.

1) cf. fr. quod Blass. Hermae XXXV 341 e Clem. Al. Paed. III XII hausit: ὁ γὰρ θεὸς <τοῖς>πᾶσι, τοῖςτ' ἐλευθέροις καὶ τοῖσ<ι> δούλοις, ἐστίν, ἂν σκοπῇς, ἴσος, quod Philemonis esse videtur cf. loci cum Anaxandridis fr. 4 collati. Similes sunt Capt. versus 304 sqq.

(miles Seleuci cf. p. 41), Φωκεῖς, Σικελικός (parasitus cf. p. 44) (Φοῖνιξ cf. p. 38[1]), Πλαταϊκός[1]), Κορινθία, Ῥοδία. Nempe eius modi nomina singularem vim habebant, cum Βαβυλωνίους, Μακεδόνας, Θρᾴττας, Πέρσας, Ἀσσυρίους comici veteres in scaenam ducebant, sed ne Alexandri quidem successorumque eius temporibus, quamquam maior in dies similitudo rerum publicarum privatarumque in diversis civitatibus fiebat, nil intererat, Colchus an Assyrius, Thebis nutritus an Argis loqueretur. Imprimis apud Alexidem eiusmodi nomina invenimus (XXIII), cum Eubulus illa prorsus sprevisset, et Menandri [2]) tot habemus, quot

---

1) In fr. 124 cum alia, tum verba ἐκ τοῦ Πλαταϊκοῦ corrupta esse videntur (cf. C. Fr. Hermann. M. Rh. (N. S.) V 610: 'unde non video, quomodo aut omnino Athenis aut certe Philemonis aetate mulier famulam habere potuerit'). Atque videntur mihi postea addita esse a grammatico quodam, qui fabulae nomen, quod Clemens ut saepius omiserat, in margine adscripsit. De forma nominis gentilis cf. Σικελικὸς Philemonis, Ὀλυνθιακὸς Philippidis, Meineke III 533. Πλαταϊκὸς invenitur apud Aeschinem III 162 (Ἀριστίων Πλαταϊκός). Tamen nihil pro certo affirmare audeo, quoniam verba Philemonis apud Clementem me restituere posse despero.

2) Haud scio an iam hic et Alexis senem in Καρχηδονίῳ Punice loquentem induxerint, ut apud Aristophanem Pseudartabas aliena lingua utitur (cf. Plaut. Poen. v 112) (vide Epimetrum II). Atque cum in nonnullis Menandri fabulis eius generis ad argumentum fere nihil attinuerit, utrum mulier Andria an Perinthia in fabula partes ageret, quam scite Menander naturam senis urbis Ionicae depingere potuerit, ex ea fabula cognoscimus, quam in Milite Plautus cum Alazone contaminavit. Quae quin Menandri Ephesius fuerit, non dubito. Periplectomenus enim, senex Ephesius, quae $III_1$ de nuptiis disserit, Menandri indolem sapiunt (cf. e. g. Mil. 719, 720 cum fr. 418, Ter. Ad. 36 sqq. (cf. Phormio 244 [Apollodori]); Mil. 682 cum fr. 157), qui plane cum Theophrasto magistro consentit. [Ex huius de nuptiis libro Hieronymus adv. Iovinianum lib. I c. 47 (Migne XXIII p. 276 sqq.) non pauca servavit, quae postea ipse Innocentius III papa imitatus est: de contemptu mundi I c. XVIII (Migne vol. CCXVII p. 710)]. Porro cf. ad Mil. 89 Menand. fr. 875, ad Mil. 100/1 cf. Cist. 191, 193, ad Mil. 105 sqq. cf. Cist. 92 sq. =

Antiphanis (XVII), contra perpauca apud Diphilum (Lemniis, fabula ut videtur mythologica, excepta Boeotia et Leucadia a Menandro, Σικελικὸς a Philemone fortasse sumpta) neque ita multa apud Philemonem (vide supra) exstant.

Quarum fabularum in parte scaena non Athenis fuit, sic in 'Aetolo', si recte de ea disputavimus, sed Athenis e. g. in 'Babylonio' et 'Thebanis'; 'Rhodiae' scaenam Munichiae fuisse ex fr. 67 non apparet (ἀμφιφῶντες quidem Munichiae Ἀρτέμιδι Μουνιχίᾳ offerebantur cf. Suid. s. v. ἀνάστατοι). Omnino omnes res Athenis gestas esse poëtae novae comoediae autumabant (Plaut. Men. 8), nisi aliqua causa commoti rem alibi agi fingebant. Quae causae apud Philemonem[1]), quantum quidem ex iis, quae exstant, con-

Menand. fr. 588 (in Militis scaena $I_2$ Alazonis et Ephesii prologorum (hunc, ni fallor, persona divina: cf. Leo F. 195, illum servus militis dixit) partes permixtae sunt), ad Mil. 631, 634, 661 cf. Menand. fr. 749, quod fort. ad Ephesium pertinet; vox enim πατὴρ non obstat, quominus servum haec de sene dicere ducamus cf. Geffcken 15[2], Rud. 103. Diph. fr. $20_2$, Most. 952. Prorsus eiusdem ingenii senem Caecilius in Ephesio[ne] loquentem facere videtur. Qui, si Plautus partem solum Ephesii Menandrei verterat, totam fabulam pro nova dare potuit. Adde quod in Phasmate quoque Menander pariete perfosso usus est. Optime vero in comoediam, quam Plautus cum Alazone contaminavit, nomen Ephesii convenit, quippe in qua mores eius describantur, qui Ephesius est, non barbarus: Mil. 648 cf. Menand. fr. 79, Περικειρομένη (Oxyr. Pap. II) v. 33 (Phil. fr. 55). Denique fr[a]. Ephesii Menandreae quadrant, fr. 195 in Mil. 580, ad fr. 196/7 cf. Mil. 738, 749, 750 (ne magno sumptu: cf. fort. πολλοῦ σφόδρα fr. 197).

1) Scaena est Athenis in III Plauti fabulis Philemonianis, in Adelphis, Epidicazomeno (cf. p. 8[5]), Ephebo, Neaera, Pterygio, Philosophis, fr. 91, in fabulis supra dictis (No. 14, 29), in demo quodam Attico in 'Pyrrho' (cf. p. 11; cf. Leo F. 199[1]), in externis regionibus in 'Exsule' et in 'Aetolo'. 'Panegyris' vero ne Athenis quidem acta esse videtur, sed in Aegypto, ubi Philemonem praeter optimas fabulas iam Athenis doctas novas in scaenam induxisse admodum verisimile est. Alexandriae quidem rex fuit, cui cura

icere licet, rariores, quam apud ceteros exstitisse videntur. Neque enim tam frequenter, quam Diphilus, genus fabularum mythologicarum, neque tam crebro, quam Menander Diphilusque, ἀναγνώρισιν Philemo usurpavit.

Ac primum de fabulis mythologicis dicam (cf. de Diphilo ceterisque Meineke I 439). Huius generis Philemonis sunt Palamedes[1]), Myrmidones, fort. Nox. Quo sub nomine quamquam alia multa argumenta latere possunt[2]), tamen proxime accedit ad nomen fabulae Platonicae[3]), Νυκτὸς μακρᾶς, quam satis accurate auctor exemplaris Amphitruonis[4]) Plautinae imitatus est (Frantz. 40/1). In

vel platearum erat fr. 58 ('ὁ βασιλεὺς' Ptolemaeus in fr. 144 quoque dicitur), Aegyptius commemoratur in altero fr. (59) cf. Aeschylus fr. 373, Theocrit. XV 47 sq., σχ. Ar. Nub. 1130, Propert. IV $10_{33}$ (ed. L. Mueller). Res autem Cyrenaïcas (ut in Rudente Diphilus) Philemo tangit in fr. 144, quod profecto potius Alexandriae quam Athenis locum habuit. (Vox Cyrenaïca est βουνὸς in Notho cf. Rutherford p. 461, Herodot. IV 199). Denique Κρομμύων πόλις in Ephebo (fr. 29), Crasti Siciliensis pulchrae mulieres in fr. 218 commemorantur. Sed hoc in fabula, cuius scaena Athenis fuit, fieri potuit.

1) Recte Kock. monet nullam causam esse cur de Phil[is] Palamede dubitetur (cf. Meineke, Nauck[2] ad Eur. fr. 585, Hense (ad Stob. XI 21)).

2) Nox enim cum amore arte cohaeret cf. Menand. fr. 739, συνερῶσα πότνια νὺξ in carmine puellae apud Grenfellium v. 11; Anth. Pal. V 164, 165, 191.

3) Platonis vestigia Philemo pressit fort. in Παιδαρίῳ, Μετοίκῳ (cf. Μέτοικοι Πλάτωνος) Φιλοσόφοις (cf Σοφισταὶ Πλάτωνος); de malis civibus Atticis Plato in Περιάλγει questus est ut Philemo saepius (p. 14, 43, 53[3]), Prometheum, hominum auctorem, laudat Plato fr. 136, Phil. fr. 89.

4) Quam novae comoediae fabulam esse de Wilamowitz. Eur. Her. II[2] 227 comprobavit. - Ergo neque Archippus (Ἀμφιτρύων cf. Christ[3] p. 312), neque Hermippus (Θεοί), neque Plato (Νὺξ μακρά) Plautinae fabulae exemplar composuerunt. Neque apud Phlyacographos auctorem investigare licet, cum ex Amphitruone manifesto Menaechmi fabula pendeat (cf. Amph. $IV_2$ Leo fr. VI et VIII cum Menaechm. $V_4$ inprimis v. 890).

quam optime nomen ‘Nox longa’ convenit cf. v. 113, (154), 270/80 inprimis 279, 288, (514), 546/50. Molierus igitur initio Amphitruonis Mercurium cum Nocte colloquentem fecit. Photius et Suidas quidem Philemonis fabulam ‘Noctem’ dixerunt, sed constat fabulas saepius neglegenter laudari cf. Ἄλεξις fr. 73 (Ath. 650 e) Μνηστῆρσιν pro Ἑλένης M., Ἀριστομένης fr. 11 et 12 (Ath. 650 d, 658 a) ἐν Διονύσῳ pro ἐν Δ. ἀσκητῇ). Sed fragmentorum inopia tanta est, ut nil comprobari possit: Cum Phil$^{is}$. fr$^{o}$. 52 incertissimo[1]) Platonis fr. 86 componere vix audeo. Neque scio, an Phil$^{is}$. fr. 96 ad Amph$^{m}$. spectet: hic Sosiae servo dominus dives (Amph. 170) magnitudinem doloris conqueritur. Profecto non miramur, si iterum atque iterum in hac fabula Euripidis locorum nobis in mentem venit (cf. e. g. Siewert Plautus in Amph$^{e}$. fabula quomodo exemplar Gr. transtulerit, diss. Berol. 1894 p. 66, 73, 79), cum, ut Menander, Philemo Euripidis sectator fuerit (cf. p. 62 et 62[2]). Praeterea cf. loci in tabula collati.

Saepius autem in Amph$^{e}$. poëta oblitus esse videtur Amphitruonem non esse senem Atticum (solus enim totam urbem pervestigavit v. 1009 sqq.) ut Demea in Terentii Adelphis 713 sqq. scaenamque Thebis esse, non Athenis (navem enim appellit ad Thebas cf. p. 74).

Quod autem ad ἀναγνώρισιν[2]) attinet, certum ἀναγνωρίσεως testimonium apud Philemonem, nisi forte Truculentus fabula Philemoniana est (cf. p. 30, 41 sq.), unam Hypobolimaeum[3]) habemus. Potuit autem ἀναγνώρισις fieri in

1) Hesych: νησίγδα ἐν νυκτὶ ἀποδιδόασι μασημάτιον ποιόν, quod si comparaveris cum Ath. 500 f.: ὑστιακὸν ποτήριον ποιὸν 'Ρ. ἐν Ἡρακλεῖ deesse nomen poëtae, abundare ἀποδιδόασι videtur, quo in verbo et μακρᾷ et Philemonis nomen latere possint. Sed res est plane incerta.

2) cf. Hueffner. p. 24 adn., Leo F. 199[3] et 143; cf. infra p. 54[1].

3) cf. Clem. Alex.: τὸν Κώκαλον τὸν ποιηθέντα Ἀραρότι τῷ Ἀριστοφάνους υἱεῖ Φιλήμων ὁ κωμικὸς ὑπαλλάξας ἐν Ὑποβολιμαίῳ ἐκωμῴδησεν et

fabulis ut Sardio (Frantz 20), Anulo (cf. Curc., Hecura, Epid. 640, Vidul. fr. XIV (Leo); anulus magicus Antiph. fr. $177_5$ cf. Schuster 16), sed anulus potuit ut in Pseudolo symboli vice adhiberi; 'Anulum' iam ante Philemonem scripserunt Ἄμφις, Τιμοκλῆς, Ἄλεξις, videlicet non usurparunt ἀναγνώρισιν, qua usum esse Menandrum verisimile est. Itaque de his Philemonis fabulis nil constat; neque de Ensiculo (cf. Rudens 1156, Menand. fr. 20; contra: Casina 629, Menand. fr. $74_6$ cf. Luebke p. 28[1]), cuius nominis fabulam iam Sophilus, mediae comoediae poëta, composuit, postea Menander, hic ἀναγνώρισιν adhibens, ut puto, ille omittens.

Hac iterum atque iterum Menander fabulas suas pulcherrime exornavit. Quam qua de causa Philemo tantopere neglexerit, intellegemus, si Philemonis de mulieribus opinionem accuratius consideraverimus (p. 29). Itaque paucis, quae de argumentis hic illic addituri sumus, nunc omissis statim ad alteram dissertationis nostrae partem transeamus, qua, quas personas Philemo tractaverit, nobis quaerendum est.

---

## II.

Atque primum quidem de p e r s o n i s m u l i e b r i b u s agamus. A quibus nomen acceperunt octo fabulae Philemonis superstites (No. 7, [8 (? cf. p. 30 sq.)], 11, 36, 41, 42, 53 (? cf. p. 30[1]), 57 = 60, 75) i. e. $^1/_9$, Antiphanis, Diphili, Posidippi $^1/_4$, Alexidis, Menandri, Philippidis $^1/_3$, Apollodori Carystii[1]) circiter $^3/_2$. Ergo apud Philemonem

Aristoph. vita p. XXVIII 69 D:. ἔγραψε Κώκαλον, ἐν ᾧ εἰσάγει φ θ ο ρ ὰ ν κ α ὶ ἀ ν α γ ν ω ρ ι σ μ ό ν.

1) A viris nominatae sunt Ἀμφιάρεως, Ἀντευεργετῶν, Ἀφανιζόμενος, Γαλάται, Ἐπιδικαζόμενος, Παραλογιζόμενοι, Συνέφηβοι, a mulieribus

personae muliebres rariores sunt, quam apud ceteros. Quae conclusio e fortuita nominum traditione facta comprobatur fabulis Philemonianis. Ut enim iam supra diximus, sicut in 'Captivis' in 'Trinummo' personae muliebres prorsus desunt. Commemoratur quidem obiter uxor v. 40 (cf. Rudens 1206/7), sed eo tantum consilio, ut ei graviter maledicatur (v. 42, 51 sqq., 800 sq.). Atque coniugium apta Lesbonico poena videtur esse (v. 1185 sq. cf. fr. inc. III Ribb.[2] p. 113 fort. ad Philemonem rediens cf. de Solone Phil. fr. 4; Merc. 512 sq. Phil. fr. 196, 198, 239). Item in Most. 690 sqq. de uxore Simo foedissima verba facit. Neque aliud in Merc. de Demiphonis uxore comperimus nisi eam tam male domi recepturam esse maritum, ut is ad vicinum ire malit (556 sqq.). Quamquam hac in fabula prioris temporis et matronae partes invenimus et meliora de mulieribus iudicia legimus. Hic Syra (hoc nomen ancillae apud Philemonem quoque fuit cf. fr. 125) verbis Euripideis (cf. Leo ad v. 817/29) miseriam mulierum conqueritur et Dorippa uxor maritum deprehendit (uxor inhibens Apulei). Attamen, quantum distat Dorippa ab Apollodori Nausistrata. Haec vincit virum, illa deridetur. Nam statim Merc. v. 669 (703 cf. Most. 281) a poëta illuditur (Leo F. 141) atque ut uxor in Menaechmis per errorem viro irata nil facere potest, nisi patrem auxilio vocare. Neque alia res est in fragmentis: fr. 132 Nicostrata imperiosa vituperatur (cf. Me-

---

Ἀπολείπουσα, Διαμαρτάνουσα (Bk. An. 101), Ἑκύρα, Ἐνναία, Ἐπιδικαζομένη (? Donat.), Ἱέρεια, Λάκαινα, fort. Παιδίον, <Παρατηροῦσα, Turpilii in fr. V Nausistratae similis matrona loqui videtur cf. Phormio 1007 et cum fr. IV Phormio 1012/3>, Προικιζομένη, [Σφαττομένη propter Chaerephontis commemorationem Geloo tribuenda videtur], vix Διάβολος (Menand. fr. 878, contra cf. Epimetrum I p.79[1]), fort. Κιθαρῳδός (Alciphron. $3_{38}$). Neque nominibus fabularum tantum, sed fabulis ipsis Apollodori (Terentii Phormione, Hecura) res comprobatur.

nand. fr. 484), fr. 124 δέσποινα (κυρία fr. 223) commemoratur, ἐφ' ἣν ἀναστρέφει ἡ τῆς θεραπαίνης ἀκολασία, vel in Pterygio agitur de matronis Atticis in lenocinium mittendis [fr. 66[1]), his matronarum apud Philemonem nominibus adde unum Νικοστράτης fr. 132], mulierem infelicem consolatur quidam: fr. 158; mulieres reprehenduntur seu propter magniloquentiam (fr. 190), seu propter loquacitatem (fr. 208). Ergo non ita saepe Philemo matronas in scaenam producit easque fere semper deridet. Videlicet non dico iniustis in mulieres maledictis Menandrum ceterosque abstinuisse, sed et Philemo iis saepius quam Menander et Apollodorus C. usus esse videtur et dicta ut Menand. fr. 608, 646/8, 827 plane apud Philemonem desunt. Accedit quod frustra nunc quidem apud Philemonem uxorem fidam requirimus, quas Menander in Adelphis priore[2]) tam pulchre depinxit. Apud quem uxor digna habetur, quacum maritus de communibus curis colloquatur cf. e. g. Perinthia, ubi Donato teste senex ita cum uxore loquitur, ut apud Terentium cum liberto, Heaut. Neque matris in liberos caritas et cura (cf. Menand. Georgos v. 63 Kaibel, Afranii Simulans fr. VII (Κατα-

1) cf. Antiph. fr. 42, ubi leno εἰς τὴν οἰκίαν αὐτῆς i. e. meretricis viros (quorum de comparatione cum bestiis cf. Anaxilas fr. 12) ἐπανάγει i. e. reducit, quia domus ipsius est.

2) Fort. cum hac et Philemonis et Menandri Χήρα cohaeret i. e. vidua (Stich. 4): ad Phil. fr. 87 cf. Stich 694. Ut in Sticho in Menandri 'Vidua' duae sorores sunt: fr. 513, 516 et senex fr. 517. Porro exstat 'Piscatorum' Menandri cum Sticho cognatio quaedam: ad fr. 13 cf. Stich. III 1 (Bacch. II 1), ad fr. 14 cf. argumenta Stichi I 3, II 2 (ad. fr. 15 cf. Bacch. 289/90), fr. 17 et 18 venit nobis Antiphonis senis in mentem, cum fr. 19 autem vv. 410 sqq. conferas, denique fr°. 24 una cum Stichi v. 378 (cf. Apoll. G. fr. 3) Philemonis fr. 87 illustrari potest. Haud scio an μοιχὸς (fr. 16 Menandri) in Adelphis priore et in 'Vidua' Menandri et Philemonis, qui scripsit 'Μοιχόν', partes egerit.

ψευδόμενος Men[1]), de Eunomia in Aulularia cf. Geffcken 6, Menand. fr. 657) atque de amissis sollicitudines (cf. Cist.; Epidicus), de repertis laetitia, qua Menander Diphilusque in fabulis, quibus ἀναγνώρισις erat, iterum atque iterum spectatorum animos commovebant, saepius a Philemone descriptae esse videntur: in fr. 156 filius matrem (fort. indulgentem cf. Apuleius, qualis Nausistrata Apollodori est) debita cum verecundia[1]), sed nullo amoris signo alloquitur, duorum parentium (cf. Menand. fr. 805) mentio fit in fr. 199 (cf. Capt. 389, 411), Eutychus in Merc. pacem inter parentes componi vult v. 953 (cf. Afranii locum modo laudatum), omnino Menandri indoli Philemo propior est in Mercatore: hic mater pro filio deos orat (680) neque filius a pietate erga matrem se abdicavit: 208/9[2]) cf. Pseud. 291 et hi Menandri loci: Caec. Syneph. fr. I, Ter. Andria 262 sqq. 896 sqq. 918, Eun. 386 sqq. Heaut. 259/60, 700, 701 sq., Menand. fr. 354, 586, 715, de filiabus cf. Stich. 22 sqq. 68 sqq. 96 sq. de Ter. Adelphis 519 cf. Donat. et Lessing. (denique cf. Diphili fr. 93). Neque tamen mirandum sit, si iam in 'Gallo' Philemonis legi potuerit, quae nunc in 'Tribacelo' Naevii legimus: 'deos quaeso, ut adimant et patrem et matrem meos'. Talia ne ioci quidem causa Menander dixit (Bacch. 732 non filius, sed eius amicus loquitur). Neque aut Truculenti (cf. v. 661/2) aut Pseudoli (cf. v. 122) exemplar scripserit, potius Philemo cf. Most. 229, 233. Om-

---

1) Matrem enim colit vel inimicissimus mulierum cf. Wilamowitz Orestie II p. 28[1]. Itaque cum uxorem perdere summum bonum videatur (Trin. 42), de matre amissa filius dolet: Philemo fr. $90_2$, nempe altius filiae in Sticho Menandrea: v. 110. Cf. p. 27.

2) Vel postea, quamquam pater ei exilium parat (933), penatibus dis mandat, ut parentum rem tutentur (835). Praeterea de Eutychi indole cf. v. 815.

nino ii errant, qui Menandri mores Philemone deteriores fuisse putant: cf. Bergk hist. litt. Gr. IV 222/3, Gercke in parva hist. litt. Gr. Lips. 1898 p. 140; rectius iudicavit Oeri: Die attische Gesellschaft in der neueren Komödie der Griechen, Hamburg 1897, p. 18 cf. nunc de Wilamowitz (annales novi Teubn. 1899 p. 516 sqq.). Siquidem de singulorum corruptissimae illius aetatis comicorum moribus iudicare vis, profecto eius mores meliores non sunt, qui bonas mulieres vix novisse videatur[1]) fabulamque mulieribus prorsus neglectis tantum ad pudicos mores componere potuerit. Neque enim laudi tribuendum est poëtae seni, qui missas iam istas artes fecerit (Merc. 999), quod illecebras meretricum in posterioribus fabulis omisit atque eo quidem consilio, ut pro 'pertractate factis' fabulis (Capt. 55), novum genus se invenisse (Capt. 1033) gloriari posset (cf. Arist. Nubes 547 sq.). Vel in Thesauro amores meretricum non ideo reprehendit, quia adulescens corrumpatur, sed quia res perdant[2]). Eandem sententiam senex profert in Most. 1164: 'me praesente amato, bibito, facito, quod lubet: s i h o c p u d e t, f e c i s s e s u m p t u m, supplici habeo satis'. Atque in Merc. adulescens meretrice potitur in fine scaenae V 2 senemque vincit, quia senem amare contra naturam est (972/3 (cf. Pseud. 436); novam vivendi rationem Demipho invenit 550 sq.), secundum naturam adulescentem scortum ducere: cf. 1021: 'neu quisquam posthac prohibeto adulescentem filium, quin amet et scortum ducat quod bono fiat modo (cf. Amphitr. 995/6, Pseud. 434 sq.). Sic Philemo, itemque Menander

1) De indole Doriensium cf. de Wilamowitz trag. Graec. VI. p. 21—24.

2) Ita in Most. 144 res, 154 parsimonia primo loco stant. cf. Truc. 47 ('amator perit ab re atque ab animo', sed hoc 'ab animo' (cf. 'ipsus periit' v. 45) quid sibi velit e versu 49 cognosces; 'sin crebras noctes ducit, i p s u s gaudet', non perit), 310, 343 sqq.

in Disexapatonte. Contra in Adelphis posteriore (data non ante annum 302 cf. Hueffner 43) senex quamvis mitis 'in hac', inquit, 'finem faciat' (997) et in Heaut. (data anno 302/1 cf. p. 13[2]) Clitipho uxorem ducere cogitur. Itaque de plerisque Menandri fabulis valent, quae Plutarch. (p. 712 C) dicit: τὰ δὲ πρὸς ἑταίρας, ἂν μὲν ὦσιν ἰταμαὶ καὶ θρασεῖαι, διακόπτεται σωφρονισμοῖς τισιν ἢ μετανοίαις τῶν νέων, ταῖς δὲ χρησταῖς καὶ ἀντερώσαις ἢ πατήρ τις ἀνευρίσκεται γνήσιος, ἢ χρόνος τις ἐπιμετρεῖται τῷ ἔρωτι. Quae non omnia in Philemonem cadunt Pasicompsa enim in Merc., si qua alia χρηστὴ καὶ ἀντερῶσα est: cf. 536 sq. 540 [1]) ('meretrix bona' Apulei) neque dubitandum est, quin Menander in hac fabula ἀναγνώρισιν adhibuisset. Contra Philematium in Phasmate vix semper (ut Pasicompsa: Merc. 536) ἀντερῶσα est. Nemo autem, opinor, cum Lorenzio (Most. p. 24) Plautum hic ἀναγνώρισιν praetermisisse coniciat. Quod de Mercatore diximus, in complures Philemonis fabulas quadrat, certe enim is saepius meretrices χρηστάς depinxit, qui eas primus invenit (cf. p. 59). Philemo igitur hac in re a Menandro Diphiloque longe distat.

Attamen non dubitandum est, quin ἀναγνωρισμόν Philemo interdum adhibuerit. Hoc enim faceret necesse erat, quotienscumque virgo Attica stupro vitiata erat (cf. Aulul., Adelphi, Hecura, Eun.). Profecto enim spectatores, ut haec iniuria in civem Atticam illata resarciretur, postulabant. Atque Philemonem in Hypobolimaeo φθοράν καὶ ἀναγνώρισιν [2]) induxisse auctor vitae Arist[is]. testis est

---

1) Omnino tota scaena III 1 indoles casta et pura eius illustratur (cf. cum v. 520 Heaut. 285 Andria 75 (Donat) Menand. fr. 412; Lucian. dial. meretr. $6_1$); Pasicompsa igitur inter omnes personas muliebres Philemonis, quas novimus, longe gratissima est.

2) Ararotem imitantem (Clemens A.); primum vero Anaxandridem ἔρωτας καὶ παρθένων φθοράς fabulis suis intexuisse Suidas tradidit; cf. p. 18[1].

(rarae fuerunt apud eum corruptelae: Apuleius). Ergo Truculentus ad Philemonis exemplar quoddam redire possit. Similiter enim φθορὰν παρθένου vini vitio excusat atque in Truc°. (828 sqq.) (cf. Leo F. 143, Meineke IV 694) adulescens Phil. fr. 193/4 et inprimis fr. 104. At Phronesium Astaphiumque Menandri indolem redolent [Leo F. 133 sqq. alia affert Geffcken 4[3]; similia argumenta erant Thais, Thrasyleon, Misumenos, Phanion (cum fr. 498 cf. Truc. 366, cum fr. 499 Truc. 828, fr. 500 quoque in Truc. conveniat, de fr. 497 cf. p. 34[1])]. Ergo Truc[i]. exemplar aut est fabula Menandri aut poëtae, qui Menandrum imitatus est. Atqui Menander auctor fabulae non est (cf. p. 27, 42, 52), Philemonem autem, quamquam postea Thesaurum, et, ut opinor, Captivorum exemplar composuit, tamen antea meretrices ut Phronesium in scaenam duxisse cum ex Apulei ('meretrices procaces', 'amica illudens'), tum e certioribus reliquiarum testimoniis constat. Quamvis enim paucae fabulae a meretricibus nomina acceperint[1]), meretricum partes plerisque in fabulis agebantur: sic praeter allatas[1]) in Phasmate (Philocomasium (= Ῥόδη fr. 84), Delphium, anus Scapha), Synephebo (fr. 81), Adelphis, Harpazomene, Moecho, Hypobolimaeo (cf. Aristoph. Cocali fr. 354, quam fabulam Philemo Clemente teste in Ὑποβολιμαίῳ ὑπήλλαξεν); praeterea fort. in Milite (si haec fabula Alazonis similis fuit), Corinthia, Androphono (cf. Philippid. fr. $5_3$ contra cf. Meineke Men.

1) Νέαιρα; Πάροινος meretricis cognomen est Ath. 583e; Κολχὶς ἄνθρωπος πάροινος Antiph. fr. 146 cf. Alexis fr. 167, Cist., Curc.; cum Phil[is]. fr. 62 (et 126) cf. Epicrates fr. $9_4$, Aelian hist. an $12_{10}$; ἀνὴρ παροίνιος Arist. Ach. 981; Μύστις quoque apud Antiphanem quidem γραῦς φίλοινος est cf. Ath. 494c; apud Menandrum huius generis sunt solae Φάνιον et Θαΐς (cf. Ath. 567c, tamen de Ἑταίρᾳ (Ἑταίραις Suid. cf. Meineke Men. et Phil. rell. p. 67) non dubitandum est cf. Turpilii Hetaera), apud Diphilum Συνωρίς, contra plures apud mediae comoediae poëtas.

et Phil. rell. 360, Euphro fr. $10_{10}$ Amphis fr. $30_8$; miles: Lucian. dial. mer. XIII; fort. haec fabula, quam Bato imitatus est, posterioris aetatis est et apud Philemonem philosophus ἀνδροφόνος i. e. τοὺς νέους διαφθείρων dicitur); denique nisi meretrices, certe mulieres libidinosae et mores matronarum neglegentes descriptae erant in Ananeumene, Mystide, Ptoche vel Rhodia[1]), fort. huc pertinet θρασεῖα γυνή e 'Gallo', qua voce de meretrice utitur Menand. fr. 217, Plutarch. p. 712 C., aut mulier ut Βάκχαι furens sic dicitur.

Multum igitur abest, ut meretrices in Philemonis fabulis desint, immo in maiore quidem vitae parte iis non rarius quam mediae comoediae poëtae usus esse videtur. Sed in eo apud Menandrum condicio meretricum mutata est, quod plerumque non sub potestate lenonis, sed liberae sunt[2]). Quod ut accuratius demonstremus, nunc e personis virilibus primam lenonis pertractemus.

Atque in eis fabulis, quas Plautum et Terentium a Menandro sumpsisse constat, leno deest. Neque a Terentio personam hanc rusticam et impuram omissam esse ex Adelphis videmus, ubi eam e Diphili Commorientibus in Menandream fabulam inseruit. Omnia autem lenonis vestigia, quae in fragmentis Menandri invenimus, sunt haec: in fr. 1057 πορνοκόπος (hic non ut persona) et in fr. 37 Ψύλλος laudatur, quod est lenonis nomen Anth.

---

1) In Artemidis (fr. 67) cultum ex Cybeles ἀγύρτας illatos esse de Artemide quidem Pergaea (Roscher. I 593 cf. Maass Orpheus 170 s. fin; apud Philemonem agitur de Artemide Munichia (cf. p. 21)) scimus; in Aeschyli Agam. 1227/8 (Kirchh.) πτωχή et ἀγύρτης coniuncti sunt; cf. Menandri Ἱέρεια.

2) Aut per se aut sub custodela anus vitam degunt (Andria — Per., Eun., Heaut., Bacch., Cist, improba lena: Ovid. am. I $15_{17}$, Lucian; cf. Philippidis Μαστροπός, apud Philemonem Scapha in Most. (cf. Leo F. 132/3); cf. Hecura, Asinaria, Menaechmi.

Pal. $7_{403}$; denique in Nauclero, si recte de hac fabula disseruimus (in Epimetro I), leno maiores partes egit. Quae fabula fort. una e prioribus Menandri fuit, 'Naucleros' enim iam Nausicrates docuerat; item 'Anatithemene', ad quam fr. 37 pertinet, quae postea sub nomine 'Messenia' repetita est[1]). In posterioribus autem fabulis — Menandri enim artem gravius mutatam esse Plutarch. p. 853 F testis est — persona lenonis prorsus evanuisse videtur. Itaque Batrachus (Plutarch. p. 18 c) et Ballio[2]), si Menandri personas eos fuisse conicias, ad priores fabulas referendi sunt. Atqui Plutarchus praeter Menandrum e novae comoediae poëtis unum Philemonem legisse videtur[3]). Ergo praeter Menandrum Philemo aut Alexis (cf. Epimetrum II) Batrachum in scaenam mittere potuerunt. Apud illum enim Apuleio teste leno periurus non defuit. Atque primum quidem verisimile est lenonem maiores partes egisse in Epidicazomeno, sive haec fabula cum cognomini Apollodori cognata fuit (cf. Frantz. p. 21 adn.,

---

1) Georgius Kaibel me commonefecit de W. Headlamii (Class. Rev. X (1896) p. 438) coniectura admodum probabili. Qui lenonem a Plutarcho 133 b (Menand. fr. 607) commemoratum hunc ipsum lenonem Psyllum fuisse in Messenia conclusit ex Anth. Pal. $7_{403}$.

2) Qui non idem est ac Batrachus, Ballio enim nomen lenonis iam in Graeca fabula fuit cf. Pseud. 193: Ἰασίων et Βαλλίων; cf. de Wilamowitz Ar. et Ath. II $177^{19}$.

3) Philippidis enim tantum idem facete dictum e colloquio, quod cum Lysimacho habuit, ter repetit, Diphili (cf. Labrax in Rudente, Vidul. fr. XX Leo, nisi scribendum est: Laberius in Aulularia (= Ὑδρίᾳ Menandri aut Antiphanis), Commorientes, fr. 87, fr. $43_{22}$) Posidippi (cf. Πορνοβοσκός), Apollodori C. (cf. Dorio in Phormione = Ἐπιδικαζομένῳ) ne nomina quidem laudat. Neque Philemonem ita saepe laudat: fr. 144 enim p. 458 A tantum narratiunculae (cf. p. 449 F), causa affert, et p. 785 B quae de Philemonis Alexidisque (quem bene novit) morte tradebantur, narrat. Praeterea cf. pg. 35B (fr. 23). Tamen Phil. ei adeo notus est, ut p. 105 F locum Phil^is^. omisso nomine laudet (ὁ κωμικὸς · · ταυτὶ λέγει). De Plutarch p. 511E, 518/9 A cf. supra p. 11.

leno Dorio partes agit in scaena III 2 Phormionis), sive a Plauto in fabula Addicto (cf. adn. in tabula) (cf. Poen. 186) expressa est; praeterea in Philemonis quoque 'Commorientibus', quae fabula ut Diphili (leno: Ter. Adelph. II 2. 3) Adelphis similis, ni fallor, fuit. Atque in 'Adelphis' lenonem loquentem fecit Philemo (fr. 4), fort. etiam in 'Pterygio' (ad fr. 66 cf. p. 26). Cuius fabulae nomen quid sibi velit (Suid. πτερύγιον = ἀκρωτήριον) fort. ex Amphitr. 143 cognoscere licet, ubi Mercurius pinnulas in petaso se habiturum esse promittit. Fuerit igitur fort. signum in galea prominens honoris causa militibus datum ut corniculum apud Romanos atque 'Cornicula' Plauti e Pterygio Philemonis expressa esse possit; hic revera ut de fr. 66 coniecimus, leno loquitur fr. V (Leo): 'qui amant ancillam meam Phedulium oculitus'; fr. VII eiusdem lenonis verba esse possint, qui ut Ballio in Pseudolo diem festivum agat (cf. Pseud. 161). Qua cum fabula Pterygii argumentum (siquidem 'Cornicula' Plauti cum ea cohaeret) omnino cognatum est: adulescens a servo auxilium petit fr. VI (cf. Pseud. I, inprimis 111), sodalem dicit Lydum paedagogum, qui supremus consiliorum comes semper fuerit (cf. Pseud. 17). Subito argento adulescenti opus est: Phil. fr. 65 cf. Pseud. 50. Leno enim militem adulescenti praefert: fr. I/II cf. Pseud. 51 sqq. Servus argentum furto adipiscitur: fr. IV, et lenonem fort. ut in Pseud. fallaciis circumducit (fr. III e fine fabulae est; Pseud. quoque saepius de proelio dicit. e. g. 1270) militem ut Harpacem Pseudolus (II 2) defraudans; ad fr. I cf. Miles 991 (ex Alazone, quam Philemonis esse brevi ostendam). Sed cum e fr. II discamus hanc fabulam non ante ultimos quarti a. Chr. n. saeculi annos doctam esse (cf. p. 44[1]), ut Adelphi (cf. cum fr. 4 Eubul. fr. 67 et Xenarch. fr. 4) Harpazomene artius cum media comoedia (Antiphane) cohaeserit.

Huius quoque fabulae fragmenta percurrentibus saepius Pseudoli nobis in mentem venit. Argumentum enim hoc fuit: adulescens deperit meretricem (Caec. fr. I)[1]) patre nimirum invito, cui paedagogus (ut in Bacch. 375) filii amores prodit (fr. VI), a servo (ut a Chrysalo in Bacch. vel Pseudolo) auxilium petit. Qui omnia se perfecturum esse audacter promittit: fr. II '⟨quod ni fecero⟩', inquit, 'hunc collum Lydo praecidi iube' (cf. Merc. 308). Leno, ni fallor, significatur maledicto νακοτίλτη (fr. 14; in Antiphanis 'Harp.' leno loquitur: cf. p. 26[1]); cum eo fort. una ut in Pseud°. adulescens et servus altercantur: fr. IV, V. Leno enim plerumque peregrinus est ('barbarus' cf. Cappadox in Curc., de Pseud[i]. v. 202 cf. Bierma 25[3]; praeterea cf. Herodas II 33 sq.: κἠμὲ τὸν ξεῖνον οὐδεὶς πολίτης ἠλόησεν). Qui defraudatur in Harpazomene fortasse hoc modo, ut ab Harpace quodam (cf. Pseud. 653, 925 a., 1010) sycophanta amica rapiatur. Porro in 'Pittocopumeno' fort., sicut in fabula cum Carchedonio contaminata, per sycophantam praesentibus (quattuor) advocatis (quibus merces datur: fr. 63) leno defraudatur. Hae Philemonis fabulae vix ita multum in argumento a mediae comoediae fabulis (cf. Epimetrum II) distabant, in eo vero iam prioribus in his fabulis Philemonis ars perfectior erat, quod impios atque rudes mores lenonis descripsit (cf. Adelphi fr. 4), non, ut in 'Persa' 'Dordalus, quia leno est, impurus et periurus esse creditur' (de Wilamowitz. ind. schol. 23). Eximia autem huius novae comoediae

---

1) Cf. e. g. Poen. 275; Arist. Aves 667, alibi; Antiph. $145_2$; [Menand.] fr. 848. Quod fr. dubito num recte Meinekius Menandro tribuerit. Potius ut fr. 497 pro μιμηέρμνῳ seu μιμνέρμου (Νάννου autem tantum Mimnermi causa additum est) Philemonis nomen restituas. M et Φ commutantur quoque in Phil[is]. fr. 118: Φιλήτα Farn., Par. Μιλήτα L. Stob[i].

artis exempla fuerunt Batrachus et Ballio in Pseudolo. Atque iam de Philemonis nonnullarum fabularum cum Pseudolo similitudine diximus, sed Alexidis quoque fabulae, de quibus disserui in Epimetro II, et complures Menandri loci (cf. Hueffner p. 16 sq.), inprimis vero Δισεξαπατῶν fabula (fort. Ἀφροδίσια cf. Leo F. 157[1], Καταψευδόμενος, ? Καρχηδόνιος) comparanda sunt. Atque eo implicatior atque difficilior fit quaestio, quod quantum Plautus aut comtaminatione commutaverit aut ipse adiecerit (hic enim ut in Truc°., fabulis posterioribus (cf. Cic. de sen. 50), amplius quam in prioribus poëtae munere functus esse videtur[1]) investigandum est. Accedit quod haec fabula manifesto postea, cum denuo ageretur, retractata est: cf. Sauppe ind. lect. Gott. 1858 p. 8.[2]), Kiessling. M. Rh. $23_{411\,sqq.}$, Langen. studia Plautina Berolini 1886 357 sqq. Quae cum ita sint, dubius factus sum, num Pseudolus contaminata sit, ut Leo F. 153[2], Bierma [cf. Groh. (cf. Bursian. 80 (1894) p. 246 (Seyffert)] statuerunt. Neque enim Biermae longa dissertatio, neque quas ipse mihi enucleasse visus eram causae mihi nunc sufficiunt. Potius eas discrepantias, quas facile quivis investigare potest, Plauto vel retractatori, nonnullas fort. poëtae Graeco ipsi tribuendas esse censeo. Quodsi una fabula Pseudolo subest, hanc Philemonianam esse e locis supra infraque allatis concludere non audeo. Hic nonnullos addam: Atque si quae de Aetolo diximus, comprobaveris, Capt. 284 cum Ps. 974 compares; porro Agathoclem (Ps. 532) in Phasmate (775) quoque Philemo, Syracusanus homo, laudat. Certius vero testimonium sit Ps. 290 sq. cum Merc. 207 sqq.

---

1) In Truc°. personam Truc$^{l}$. aut adiecisse aut amplificasse eius partes videtur, de 95 sqq. cf. Leo F. 133[3].

2) De Pseud$^{i}$. scaena III 1 cf. Leo ad v. 767 quoque.

congruentia: utrubique enim timor cauti patris coniunctus est cum pietate. Quam coram lenone profitentem, v. 122 autem ioci causa prorsus neglegentem (cf. p. 27) Calidorum Philemo (non Menander, qui ioci causa indolis personae descriptionem non conturbat) fingere potuit (cf. p. 42 sq., 47[1], 68; sic Charinus quoque in Merc. (II 3) revera parenti mendacium proloqui minime veretur, hic quoque pugnans cum natura v. 208 sq. descripta). Porro Ps. V 1 num recte Leo 'Die plautinischen Cantica' 41[1] Plauto ipsi tribuerit dubito. Concedendum quidem est nunc non omnia bene composita esse. Sed cum in mediae comoediae fabularum scaenis ultimis potationem describere poëtae soliti sint, hanc scaenam quoque, quam in Canticum Plautus commutavit, ad Philemonem redire puto, qui in Phasmate quoque ebrietatem Callidamatis depingit. Quae fabula in hoc quoque cum Ps°. congruit, quod adulescens amans eiusque amica, quamvis accurate initio fabulae depingantur, tamen in maiore fabulae parte prorsus negleguntur, servique dolorum solum ratio habetur. Trinummi autem v. 217 sqq. cum Ps. 427 sqq. componi possint (cf. Menand. fr. 577). Accedit quod supra (p. 8[6]) de Batonis 'Synexapatonte' dixi. Quod nomen in Pseudolum convenit, videlicet in qua servus auxilio sycophantae Simonem una cum lenone fallit. Quamquam alia quoque nomina apta sunt ut 'Symbolum' (Caec., Ps. 55) aut Καταψευδόμενος. Atqui Καταψευδόμενον scripserunt Alexis (de quo vide Epim. II), Phil., Menander (cf. p. 26 sq.) Sosipater (hic quoque coquus colloquitur cum eo, qui eum conduxit). Similis igitur quod Ps[i]. Caecilii 'Fallacia' (cf. Ps. 558, 672, 765 Poen. 195) fuerit, non miramur. Hic quoque leno, ut triduum opperiatur, rogatur (fr. VII cf. Ps. 283) atque Parmeno servus magnas partes agit (ad fr. VI cf. Harpazomene fr. II (Caec.) vide supra p. 34). Differt autem

haec fabula a Ps°. eo, quod et pater severior est Simone (cf. fr. I) et de communi duorum adulescentium, puto fratrum, sorte agitur (fr. I, II), qua utraque re de auctore exemplaris Fallaciae nil discimus (cf. de duobus apud Philemonem adulescentibus p. 48).

Praeter singularem lenonis descriptionem sola Pseudolus exemplum coqui gloriosi (de quo cf. Ribbeck. Alazon p. 18/26) apud comicos Romanos praebet, quae persona mediae novaeque comoediae aetate spectatoribus Atticis pergrata fuit. Nimirum facetiae plerumque mere Atticae, quibus coqui utebantur (cf. e. g. Strato fr. 1) in Latinum converti non poterant. Itaque haud scio an in Diphili (cf. eius fragmenta) Κληρουμένοις coqui partes maiores fuerint, quam in Casina (720/23; hic rapacitas coquorum perstringitur ut Ps. 851 sq. cf. Aulul. et Euphro fr. $1_{14}$), item coqui in exemplari Curculionis (cf. II 2), et Sangae in Menandri Colace (cf. fr. 292), quam in Terentii Eunucho. Nam Menander quoque coquos gloriosos in prioribus quidem fabulis minime respuit: cf. praeter Colacem fr. 942, fr. 462 (e Trophonio), fr. 518 (e Pseudheracle), fr. 130 (e Dyscolo), μάγειροι σκωπτικοὶ inprimis inducebantur in Epitrepontibus (Ath. 659 b), denique coquus partes egit in Aulul., Anatithemene vel Messenia cf. fr. 33, Demiurgo cf. fr. 113, Cecryphalo cf. fr. 272. Sed in posterioribus fabulis Menander coquos gloriosos, quippe qui ad argumentum fabulae non pertineant, plane ut Apollodorus C. omisisse videtur, cum Posidippus hac quoque in re mediae comoediae poëtas sequeretur (cf. Anablepon, Apocleiomene, Locrides, Syntrophi Choreuusae ⟨Menaechmorum exemplar⟩). Multo vero libentius quam Menander, ut longis fragmentis conservatis comprobatur, novae comoediae poëtae minores coquos loquaces inducebant (cf. Ribbeck. Alazon 78). Philemonem autem vel

posterioribus in fabulis magis a Posidippo, quam a Menandro et Apollodoro stetisse, etsi e fragmentis comprobari nequit, secundum ea, quae de militis et parasiti apud Philemonem partibus enucleari possunt, concluserim. Certe in prioribus fabulis saepissime coquo utebatur fr. 13 (in Harpazomene), fr. 41 (in Zomio), fort. (in Ptoche vel Rhodia) fr. 68 et (in Commorientibus) fr. 80, atque glorioso quidem fr. 60 (in Pareisionte; fr. 61 Meineke cum Most$^{ao}$. initio confert; simile est quoque Alexidis fr. $149_{6sq.}$; incertum est, uter prior sit; cum Alexidis fr. $149_{1-4}$ comparari potest Phil. fr. $72_{4-5}$, ad fr. 150 multi Phil$^{is}$ Menandrique loci afferri possunt), fr. 79 (in Milite), fr. 122, 123. Cuius quattuor versus cum Strato (potius Bato cf. p. $8^6$) a Philemone mutuatus sit, totum locum ab Athenaeo (382b—383b) laudatum in Philemonis quoque fabula ⟨'Phoenicide'⟩ fuisse cum Ribbeckio (Alazon $21^8$) suspicor[1]. Ut enim in 'Phoenice' in Philemonis fr. 145 coquus verbis Homericis (Odyss. μ 89) utitur, et in fr. 154 quoque coquus gloriosus tam inusitata verba usurpasse videtur, ut intellegi ab altero nequeat (cf. Strato v. 23/5): cf. Phil. fr. 44. Cum his Philemonis coquis Plautinus Pseudoli magnam familiaritatem habet: cf. Ribbeck Alazon p. 25. Sic vides v. 831 sqq. coquum καινοῖς ῥήμασιν utentem, sic hic coquus non ut alii cenam condit (810), sed efficere potest, ut vel ducenos annos vivere

---

1) Haec (cf. p. $8^6$) ad prius Phil$^{is}$. tempus pertinere videtur, quo ut Menander (cf. Δεισιδαίμων) Antiphanem arte imitabatur (cf. Antiph. fr. 52): Antiph. fr. $48_8$, $190_4$, itaque Athenaeus Stratonem mediae comoediae attribuit; Euphronis Musae (fr. 8) eodem fere tempore scriptae sunt quo Phil$^{is}$. fabula. Quodsi nomen Φοῖνιξ (cf. p. 20) a Suida traditum rectius sit, nullum temporis fabulae indicium habemus. Atque Φοῖνιξ exstat Eubuli et ut videtur <'Απολ>λοδώρου cf. catalogus Piraeicus de Wilamowitz. An. Eur. $138_{19}$.

possint, qui escas edunt, quas condidit: v. 829/30. Similiter coquus sagacissimus in Philemonis 'Milite' piscem οὐ πεφαρμακευμένον τυροῖσιν οὐδ' ἄνωθεν ἐξηνθισμένον, ἀλλ' οἷος ἦν ζῶν apposuit atque quod ne Menecrates quidem, quem Iovem appellabant, medicus promittere ausus est (Ath. 289 a, 290 a), iam mortuos se odore ciborum suorum in vitam revocare posse profitetur: fr. $79_{25\,sq.}$ (de Batonis fr. 4 cf. p. 8[6]). Ut ex his, e vv. 795/7 (cf. Schuster p. 45/7), 820 (cf. ib. p. 58), 834 (cf. ib. p. 28; Ἡφαίστου κύνες Eubul. fr. $75_7$ Alexidis fr. $149_{16}$) elucet Pseudoli scaenam III 2 non a Plauto inventam esse[1]). Accedit, quod coqui adventus bene praeparatus est: v. 157, 168, denuo commemoratur v. 956/7. Artificiosius autem Philemo coquum in Merc. cum argumento conexuit (cum et in Epicratis et in Diphili Emporo coqui g l o r i o s i fuissent), optime enim ad augendas Lysimachi angustias inducitur. Item Cario coquus in Alazone — hic ut Cyamus in Truc°. est δοῦλος ὀψοποιός — et Menandri coqui in Aulul[a]. artius cum argumento cohaerent. Neque tamen negaverim in posterioribus Philemonis fabulis coquum gloriosum longa oratione ab argumento aliena fabulam nonnumquam interrupisse (cf. p. 38).

Praeter coquos personae ἀλαζόνες apud Philemonem sunt philosophi (Ribb. Alazon p. 11; cf. supra p. 10[1]) et medici (cf. Ribb. l. c. 16/18): cf. Philemonis Ἰατρός, fr 75,

---

1) Vel vv. 866—89, si alio tempore compositi sint (Sauppe ind. lect. $1890_{14}$) certe a Graeco poëta desumpti sunt, ut v[u]. 884 comprobatur (cf. Leo F. 101[2]) et v[u]. 869. Hic Lorenzius p. 185 Plautum errasse putat aut poëtam Graecum consulto coquum inscium fingere voluisse. Fort. autem spectatoribus Diphili Peliades in memoriam revocare voluit Philemo. Apud illum fieri potuit, ut Pelias revera e sene adulescens factus sit. Comicos enim poëtas in fabulis mythologicis de consilio argumenta tragicorum poëtarum convertisse constat.

108, 134 [Menand.] fr. 497 (cf. p. 34[1]). Cum his cohaeret 'Ἀγύρτης' (Ribb. Alazon p. 15), cum Agyrta 'Ptoche', sed ut medici (Plautus Parasitus Medicus) et philosophi (Ribb. Kolax p. 67) hi propter κολακείαν quoque irrideri poterant. Homo autem ἀλαζὼν fuit, ni fallor, 'Παγκρατιαστής; optima vero ἀλαζονείας exempla milites praebuerunt. Qui postquam neque in antiqua comoedia (Ribb. Alazon p. 28 sq.) neque in media (cf. e. g. Antiphanis 'Miles') defuerunt, Menandri aetate fere perpetui rivales adulescentium pecunia egentium erant, cum e terris longe remotis praeda onusti reverterentur miraculosisque de alienis gentibus moribusque narratiunculis simplices cives Atticos obstupefacerent. Ut enim de minoribus poëtis taceam, apud Menandrum miles partes agit in Androgyne, Aspide, Disexapatonte, Hautont., Ephesio, Thaïde (cf Propert. V 5$_{49}$), Thrasyleonte, Colace, Misumeno, Xenologo (cf. Hesych. s. v.), Periceiromene, Sicyonio, Militibus, Pseudheracle, fr. 562, 563, apud Diphilum in Hairesiteiche (Eunucho) vel Milite. Contra apud Apollodorum C. rarius commemoratur, sic obiter in Epidicazomeno et Hecura, fort. maiores partes, sed vix gloriosi militis, egit in Aphanizomeno et Paedio; apud Posidippum prorsus evanuit. Quod non mirandum est, discimus enim e Plauti fabulis spectatores et Graecos quidem magis magisque tritae huius personae taeduisse. Quam cum e. g. in Pseud$^{i}$., Poen$^{i}$., Curculionis exemplaribus poëtae produxissent, Alazonis auctor tantopere supra verum exaggeravit, ut brevi postea auctor exemplaris Truculenti gloriosos de pugnis sermones sibi omittendos esse intellegeret (v. 482)[1]. Ultimum autem militis gloriosi exemplum nunc Epidicus

---

1) Perperam Ribb. Alazon p. 38 Plauto hoc tribuit; idem recte p. 79 sq. Schoellium refutavit, qui Truc$^{m}$. e Menandri Sicyonio expressam esse coniecerat.

praebet (ubi sagacissime, ut antea in Colace Menandri ἀλαζών et κόλαξ, miles et Periphanes senex, duo alazones, compositi sunt). Iam inde elucet Epidici exemplar non ab eodem auctore scriptum esse, qui antea Truculi exemplar docuerat, eundemque poëtam Alazonis et exemplaris Truci. auctorem ea tantum condicione esse posse, ut Alazon ante Truci. exemplar docta sit. Hoc fieri potuisse nobis nunc demonstrandum est: Atque Truci. exemplar intra a. 299 et 297 (potius 299 et 296/5: Niese I 359; hostes victi v. 75 Antigonus et Demetrius sunt) actam esse Hueffner. p. 31—33 demonstravit, in Alazonis vero tempore definiendo ea, quae Hueffner. p. 28 de Epheso dixit, neglegenda sunt, cum non constet Alazonis scaenam eandem atque Menandri Ephesii fuisse[1]). Neque quominus de a. 299 cogitemus, v. 950 repugnat, cum ex eo non necessario evadat Seleuci terris bellum illatum esse vel imminere. Eodem autem fere tempore Alazonem et Truci. exemplar scriptas esse his de causis suspicor: in utraque fabula legatio ab Atheniensibus hic (v. 91 sq.) Lemnum, illic (Miles gl. v. 102) Naupactum (cum Aetolis Athenienses revera post pugnam Ipsiacam societatem inierunt cf. Niese I 357, de anno 282/1 res dubia est cf. Hueffner. p. 29) mittitur (cf. Titinii 'Tibicina' = Menandri Αὐλητρίς), praeterea in utraque fabula mercennarius Seleuci (i. e. miles Babyloniensis Truc. 84) Athenis commoratur. Alazonem vero a. 299 doctam esse si censemus, in hoc tempus optime quadrant quae in scaena prima de pugnis Pyrgopolinicis cognoscimus: Seleucus enim, qui multa cum barbaris nationibus bella gessit (Niese I 339), anno fere 304 Indis bellum intulit (Niese I 340) cf. Mil. gl. 25,

---

1) V. 778 enim Plautus nomen oppidi secundum Ephesium mutasse videtur, v. 975 cum gemina sorore coniunctum reperitur, quae ad Ephesium pertinet.

initio hiemis anni 302 Cappadociam ingressus est (Niese I 349) cf. Mil. gl. 52. Videlicet non nego hic veris falsa immixta esse, tamen non omnia ficta esse mihi persuasum habeo. Potuit igitur idem poëta intra a. 299 et 295 post Alazonem Truc$^{i}$. exemplar docere. Quem Philemonem fuisse demonstraturus sum. Atque Alazonem non Menandri esse Leo F. 103$^{4}$ comprobavit. Sed Menandro vivo Alazon agi potuit. Truc. autem, quamvis manifesta Menandrei ingenii indicia prae se ferat (cf. Leo F. 133 sqq.), eadem de causa, atque Alazon, Menandro indigna est[1]): nam hic quoque militis natura, etsi ἀλαζονεία restricta est, comparata cum Menandri Colacis milite supra verum exaggerata est cf. Langen studia Plautina 230/1; item ⟨Alexidis cf. Epim. II⟩ Anthemonides in Carchedonio cf. Poen. 470 sqq. et ⟨Philemonis⟩ Harpax in Pseud$^{o}$. cf. e. g. v. 1171, 1174; cum Truc. 531 cf. Curc. 555/6. Quodsi Truc$^{i}$ exemplar Menandri aetate docta est, non mirum est Phronesium Astaphiumque personis Menandri consimiles esse. Eius generis meretrices Philemonem quoque in scaenam induxisse iam supra demonstravimus. Porro hic Philemoni quoque ἀναγνώρισις adhibenda erat (cf. p. 29), sed hac tantum noxii detegendi causa poëta utitur, minime ad laetitiam recognitionis pulchre depingendam. Qua in re valde a Menandro Diphiloque differt. Philemonem autem saepius risum spectatorum captantem verum modum transgressum esse cum e Gellii loco XVII$_{IV}$ conicias[2]), tum certis exemplis comprobatur: cf. e. g. sycophantae

---

1) Cf. p. 27; de Truc$^{o}$. iam nonnulla diximus p. 30.

2) 'Quaeso' inquit (Menander), 'Philemo, bona venia dic mihi, cum me vincis, non erubescis?' Gellius Philemonem Menandrum ambitu gratiaque et factionibus superasse coniecit. Potius de arte Phil$^{is}$. Menander dixerit; Philemo autem suis fabulis contentus fuit: ,ἐγὼ μὲν γάρ', inquit (Teles, Hense p. 18) 'ἀεὶ ἀγαθὸς ὢν διατελῶ'.

cavillationes Trin. IV 2, nimia senis stultitia in Most. Alazon vero, in qua melioris indolis personae prorsus desunt, meretricesque una cum servo callido primas partes agunt, fabula tantae alacritatis est (similis est Mulieribus alacribus Windsorianis), ut auctore Phasmatis indigna non sit. Hic quoque ut in Pseud°. agnitio desideratur. In Truc°. autem Diniarchus, qui magnam cum Charino (in Merc.) familiaritatem habet (cum querela de rebus publicis (v. 57/76) cf. p. 14, 53), nuptiis multatur ut Lesbonicus in Trin°. Praeterea cf. cum Truc. v. 43 sqq. Trin. 241 sqq., cum Truc. 363 sqq. Merc. 910 sqq. (sed etiam Cist. 283 sqq., ad Truc. 218/9 multi et Menandri et Phil^is^. loci comparari possunt). Cum Truc. (485 sqq.) 490 cf. Amphitr. 200, de qua vide supra. Qua in fabula, ut in Truc°., is, qui e bello revertitur, uxorem seu amicam gravidam invenit laetusque condonat. Plane vero ut in Truc°. in 'Neaera', si quidem Licinius Imbrex Phil^em^. secutus est, miles rediens (non parasitus ut Ribb. arbitratur) amicam salutat cf. de v. 515 Truc^i^. Ostermayer p. 54, qui recte coniecit in Graeca fabula Aphroditem pro Neriene dictam esse, meretrix enim quam facile cum Venere comparetur, iam ex hoc elucet, quod 'Pythionicae Veneri' Harpalus templum dedicavit [1]. Huius miles in 'Babylonio' quoque Phil^is^. amicam commonefacit [2]. Atqui miles in Truc°. quoque Babyloniensis est: 84. Hoc nomen Truc^i^. exemplari eo melius conveniat, quia miles in hoc, non 'Truculentus' (cf. p. 35[1]) primas partes egit. Ceterum et 'Neaerae' et 'Babylonii' Phil^is^. fr^a^. ea sunt, quae in fabulam Romanam recipi non potuerint. Tempus autem 'Babylonii' coniecturae nostrae non repugnat. Philemo

1) Cf. Bacch. 217, quo de loco F. Leo me commonefecit.

2) Simile militis cum meretrice insaturabili diverbium (Damoxenos fr. 1). Ribb. Alazon 81 cum Truc°. contulit.

enim etiam multis annis post Pythionicae obitum illam commemorare potuit, cum monumentum illius opulentissimum semper ante oculos Atheniensium esset cf. Pausan. I $37_5$ (Hitzig-Bluemner. p. 353). 'Neaeram' autem fabulam potius ante a. 306 ponas, cum in fr. 47 Seleucus non rex dicatur (eodem tempore Alexidis 'Pyraunos' cf. fr. 204 scripta est). Praeterea Philemo militem (cf. miles proeliator (lege: gloriator cum Traube) Apulei) perstrinxit' in 'Milite', 'Pterygio' (cf. Plautus Corn. fr. II)[1]), fort. in 'Rhodia' cf. fr. 70, edacem in fr. 155. Denique miles peregrinus pugnam describere videtur in fr. 142, ut in fr. 44 (e 'Moecho', cui fort. idem argumentum fere suberat atque 'Alazoni' (cf. Mil. gl. 1436)) fort. miles, qui in Syria stipendia fecit, cum servo colloquitur.

Sequitur, ut de persona Colacis dicamus, quam Menander primus cum milite glorioso coniunxit (Leo F. 103[4]), quod fort. Philemo ut in Alazone in Colace imitatus est. Menander autem hanc quoque personam ut lenones, coquos, milites gloriosos prioribus tantum in fabulis in scaenam duxit (Adelphi ά = Stich.; 'Sicyonius' fr. 444), sed postea sprevit. Vix enim fortuito in ceteris Menandri reliquiis deest, cum et Diphilus [Παράσιτος, Ἄπληστος, Τελεσίας, Σικελικός] et Philemo [Μετιὼν ἢ Ζωμίον (fort. = Plauti Saturio, ad fr. III cf. Phil. fr. 41), Παρεισιὼν (cf. Philippides fr. 8), Σικελικὸς (cf. Pollux $4_{146, 148}$, 'aut coquus aut medicus intelligendus videtur' (Kock.)

1) Secundum ea quae p. 40 sq. disseruimus, haec quoque fabula ante Truc¹. exemplar docta est, si miles homo gloriosus est, quod eo verisimilius eum fuisse est, cum e fr. I cognoscamus militem sicut Pyrgopolinicen in Alazone deludi cf. cum fr. I Mil. gl. 991 (ex Alazone). Decem autem annos regi Demetrio eum latrocinatum esse ea quoque condicione Phil. fingere potuit, si iam ante a. 306 Demetrii, qui, cum fabula agebatur, rex erat, mercennarius erat.

fort. = Plauti Parasitus Medicus)] more Antiphanis et Alexidis (cf. Παράσιτος) fabulis nomina a parasitis dederit (cf. Plauti Curculio, Saturio, Parasitus piger, P. medicus). Itaque Philemo hac quoque in re mediae comoediae indolem diutius (fort. etiam in 'Aetolo'), quam Menander, conservavit (item Diphilus). Atque partes egit parasitus (cf. Apuleius: 'parasitos edaces') praeter allatas fabulas in 'Ananeumene' (ψωμοκόλαξ fr. 8), fort. fr. 100 et in 'Epidicazomeno' cf. Apollodori 'E.' (Diphilus quoque 'E.' scripsit, apud quem parasitum in 'Synoride' quoque fr. 74/5 ut in fabulis supra laudatis invenimus). In Amphitruone Mercurius parasitos blandientes imitari studet (515—521), Captivorum auctor parasito cum argumenti causa, tum ad iocos ab hoc argumento alienos fabulae inserendos utitur. ⟨Posidippum⟩ autem in Menaechmorum exemplari parasito uti non miramur, quippe qui prioribus exemplis nitatur. Sed Apollodorus C. hac persona non uti videtur, nisi ut velut in 'Epidicazomeno' aut in 'Diabolo' (cf. parasitus in Asinaria Demophili, de quo vide Epimetrum I p. 79[1]) iis muneribus fungatur, quibus alibi servi callidi seu fideles funguntur.

Servi callidi partes, de quibus nunc dicturi sumus, apud Apollodorum in 'Epid°.', ut iam commemoravimus, magisque in 'Hecura' (Leo F. 126[4]) correptae sunt, si cum his fabulis Menandreas Terenti et inter Plautinas imprimis Bacchides, Epidicum, Pseudolum, Mostellariam, ubi servus callidus architectus fallaciarum est et magnas vel primas partes agit, comparas. Ut Apollodorus Philemo quoque in Trinummo servi partes restrinxit (cf. Captivi), quia eum, ut opinor, huius personae taeduit, quam saepissime (et alii et) ipse iam tractaverat: Apuleius: servulus callidus: Most., ⟨Pseud., Alazon⟩, Καταψευδόμενος, Ἁρπαζομένη, Πτερύγιον; in 'Nuptiis' servus animadvertens

fore, ut erus ipsum in discrimen committat 'in me', inquit, 'periculum facere statuisti, scio, domine'. Atque fort. in 'Ephedrizontibus' adulescenti fallaciam strui iubenti servus respondet: 'exsequi difficile est, facilius iubere'. Saepius servum erum cohortantem consolantemque videmus ut in pulcherrimo 'Sardii' fr. 73 [1]), in fr. 53 [paedagogus (cf. e. g. apud Philemonem Most. 25, 33; Ath. 103c (vide supra p. 8[6])) erum minorem παιδίον dicere potest cf. Berichte des Freien Deutschen Hochstifts Francofurti 1900 p. 51[3]], 90, 133 (fr. 96 dominus servo miseriam divitum conqueritur cf. p. 23 (cf. Menand. fr. 281)) atque admodum verisimile est servos in his fabulis eros non modo verbis, sed etiam rebus gestis adiuvisse. Porro servus partes egisse videtur in 'Pyrrho' (cf. p. 11). In 'Moecho' autem Parmeno fort. erum militem (cf. p. 44) sicut Palaestrio in Alazone Pyrgopolinicen prodidit ita, ut pro moecho caperetur; in 'Sociis' (fr. 38) servus aliquid narrare videtur ut in Mercatore Acanthio ('servus currens': Ter. Eun. 36), de servo narratur aliquid fr. 51, in 'Exoecizomeno' fr. 22 (cf. Menand. fr. 761) servus doctrina Stoïcorum (cf. p. 11) utens erum docet servum nihilominus hominem esse. Sed in 'Thebanis' captivus Thebanus cum cive Atheniensi colloqui videtur. Videlicet prioribus quoque in fabulis ut in Merc. interdum servi partes leviores esse potuerunt. Omnino in hoc Philemonis Menandrique ars a media comoedia differt, quod, quamvis magnas partes servus agat, tamen fabula non servi (cf. Persa), sed domini causa agitur. Itaque eae fabulae Philemonis, quae a servis (nisi a liberis)

---

1) Cf. Pseud. 96; hic v. 101 res aliter se habet: 'inutiles sunt lacrimae, nisi argentum ex iis procreatur' cf. 302 et Phil. fr. 65, contra in 'Sardio': 'siquid lacrimae proficerent, argento lacrimas compararemus nobis'.

nomen acceperunt, ut Παιδάριον et Παῖδες ad prius tempus Phil[is] referendae sunt, quod verisimilius fit eo, quod Philemo in hac Theopompum, in illa Platonem imitatus est. Horum servorum fraus non ut aliorum excusatur, qui cum patrem fallunt, filium adiuvant (sic plane quidem excusatur fallacia, quam Tyndarus, specie servus, ut erum conservet, in Hegionem struit). Neque desunt apud Phil[m]. servi fideles, qui domini absentis rem tuentur: Grumio in Most., Stasimus in Trin°.[1]). Diversas has indoles ut Romani (cf. Donat.) iam Graeci poëtae interdum servorum nominibus videntur significasse. Quorum apud Philemonem exstant: Παρμένων (fr. 44), Σωσίας (fr. 96), Πίστος (Merc. 278 cf. Helladius Phot. Bibl. 279 p. $532_{40}$: ἀπὸ τρόπου δὲ (καλοῦσι) Παρμένωνα καὶ Πίστον καὶ Δρόμωνα; cf. Antiph. fr. $68_3$).

Relinquitur, ut de personis in nova comoedia longe gravissimis, de adulescentibus et senibus dicamus. Atque primum quidem de a d u l e s c e n t i b u s. Quorum partes profecto in nulla fere fabula deerant; itaque supersedendum nobis est eas fabulas enumerare, in quibus ut ex reliquiis discimus (aut) adulescentis (aut senis) partes agebantur. Adulescentis enim amor perpaucis ut Captivis exceptis omnibus novae comoediae fabulis subest. Nam Menandro quidem vivo Philemo hac in re a Menandro (de quo Leo F. 126[1]) non differebat neque Apulei (tuti

---

1) Qui sibi opprobria facit Trin. 1013 [ut in Amph. Sosias bene sibi conscius est, quantopere homo nequam sit cf. v. 184 (hoc quoque novum inventum Phil[is]. est cf. v. 185 et 198)]. Ceterum Philemo hic (cf. p. 36) indolem servi fidelis non bene depinxit. Ioci enim causa (413) eundem servum fidelem et fraudulentum fecit. „Das ist", inquit Brix[4] 28, „im Charakter antikathenischer Denkweise vollkommen begründet". Quem recte refellit Langen 225, cui non credimus, quae p. 226 disseruit; immo recte Ritschelius (cf. Langen 227) iudicavit.

errores, concessi amores: Leo Wölfflini Archiv. Lexic. XII p. 98) verba, quae de Thesauro comprobaveris, ut Emporos testis est, ad Philemonis fabulas omnes quadrant. Quodsi Apuleio teste 'fervidus amator' apud Phil^m^. non deerat, huius nunc quidem exemplum non exstat; immo vi atque vehementia amoris Philemonis amantes adulescentes comparati cum nonnullis Menandri caruisse videntur. Vix enim forte factum est, ut apud illum nusquam Chaereas ipsos psaltrias rapientes, nusquam Polemones suspicione alieni amoris sollicitos videamus. Respiciendi sunt XX anni, quibus Philemo natu maior fuit quam Menander. Neque cum Glycera ut Menander suavissimo amore coniunctus esse neque ut Diphilus cum Gnathaena vixisse[1]), immo legitimum matrimonium inisse traditur (cf. p. 7[2]). Videlicet non desunt amatores, qui una cum amica (vel amico) mortem obeant (vel obire velint): cf. Συναποθνήσκοντες, qui patriam aufugiant (Merc., Apolis (fort. amoris causa a patre expulsus ut domo patris fort.), Exoicizomenos), qui vehementissime conquerantur, qui lacrimas fundant cf. e. g. fr. 73, Pseud. 96, vel qui furant (Merc. cf. Cist. 283 sqq. et Diphili Μαινόμενος), sed cum omnia patiantur, nil ipsi agunt: fr. 53, Merc., Most., Trin., ⟨Pseud.⟩ (cf. Bacch., Poen., Curc., Epidic., Antipho in Phormione etc.). Immo aut servi callidi aut 'amici opitulatoris' (Apuleius) auxilio iis opus est: cf. Eutychus in Merc., Most., Synephebus, fort. Ephebus (amicus est fort. Λάχης: fr. 28₃), ⟨Pseud.⟩. Phil^m^. primum et Euripidem et vitam imitantem adulescenti amicum adiunxisse admodum verisimile est cf. Leo F. 115 sq. Atque erant duorum adulescentium partes, quantum cognoscere possumus, in

---

1) Quae Ath. 594 d narrantur, e fabula quadam Philemonis perperam ad vitam translata sunt cf. p. 59.

his fabulis: No. 3, 4, 6, 14, 20, fort. 22, 25, 26, 29, 30, 31 33, 34, 43, 44, 64, 65, 66, 67, 68, 73, 75. Saepe autem duo adulescentes amantes coniunguntur cum apud alios, (cf. Apollod. 'Epidicaz.'), tum apud Menandrum cf. e. g. Haut., Bacch. (contra unus adulescens in Aulul., Cist., Andria (de qua vide Donat[m].)) saepiusque ita, ut hi adulescentes sint fratres: cf. Adelphi, Eunuch., (in Sticho = Adelph. α' fratres sunt mariti), Hypobolimaeus; de Naucle.o cf. Epimetrum I. Atque poëtae eo consilio duorum adulescentium res simul agi fingebant, ut naturas diversas opponere possent, agroecum et urbanum (cf. Adelphi, Hypob., Truc.) [aut ut Philemo postea bonum et asotum adulescentem (Trin.)]. Atque hoc quoque Philemo invenisse videtur, si quidem recte conicimus eius Adelphos et Hypobolimaeum Menandrum in fabulis cognominibus imitatum esse. Atque 'Adelphos' praeter Alexidem nullus mediae comoediae poëta scripsit. Huius fabulam, etsi in fr. 7 Demosthenis dictum tangitur, eodem tempore atque Antiphanis 'Neottidem' actam esse necesse non est, cum hoc dictum quovis tempore repeti potuerit. Ergo 'Adelphi' Phil[is]. Alexidis 'Adelphis' priores esse possunt. Praeterea cf. p. 33. Hac in fabula leno magnas partes agit (fr. 4); quamquam hunc Menandri quoque primis in fabulis non defuisse demonstravimus. Sed etsi leno in Menandri 'Adelphis' non in scaenam prodiit, tamen Terentius eum eo facilius e Diphili Commorientibus inferre potuit, quia de puella lenoni rapienda apud Menandrum quoque narrabatur. Praeterea 'Adelphos' Philemonis et Menandri similes fuisse ex altero Phil[is]. fragmento (5) cognoscimus, quo de urbanitate dicitur cf. Ribbeck. 'Agroecus' p. 47[2]. Ergo iam hic urbano filius rusticus oppositus erat. Addendum est alterum testimonium: scripsit enim palliatae, ut videtur, comoediae poëta (cf. Ribb.[2] p. 112)

'Adelphos', certe non Menandrum, quem iam Plautus (in Sticho) Terentiusque expresserant, potius Philemonem Diphilumve imitans. Atqui Phil^is^. 'Adelphi' fabula nota erat, quam e. g. Horatius legit[1]). Ergo 'Adelphos' fabulam a Festo p. 317 M. commemoratam e Philemone pendere verisimile est. Hic, si recte O. Mueller. locum supplevit, Anti⟨pho⟩ partes agit (de unguento dicitur, quod est hominis u r b a n i indicium), idem nomen in fr. inc. I (Ribb.[2] p. 112) legimus. Quod fr. Bergk. cum Caec. Syneph. II coniunxit, Ribbeckius ad Hydriam id pertinere putavit. Potest autem Phil^is^. Mercatoris quoque prologus (v. 71) conferri, ubi plane ut in Hydriae prologo adulescens senis rustici sermonem affert. Antipho igitur persona esse possit e Philemoniana fabula 'Adelphis'. 'Hypobolimaeus' vero etsi non recte Meineke: Men. et Phil. rell. XLV de ea disseruit[2]), una e prioribus Phil^is^. fabulis videtur esse, ut Menandri quoque 'Superstitiosus', quam ex Antiphanis 'Oenista' expressam esse Caecilius dixit, ad prius Me-

---

1) Sat. $I_{II_{31}}$ pro Solone vir Romanus, Cato, is est, qui iuvenes (μεστὴν ὁρῶντα τὴν πόλιν νεωτέρων) simul ac venas inflavit taetra libido (τούτους τ' ἔχοντας τὴν ἀναγκαίαν φύσιν (cf. Amphis fr. $20_6$)), huc (i. e. in fornicem v. 31) aequum esse descendere existimans, non alienas permolere uxores (v. 57, de periculis 65 sqq. 127 sqq., ἁμαρτανόντασ τ' εἰς ὃ μὴ προσῆκον ἦν) primus invenit (δημοτικὸν πρᾶγμα καὶ σωτήριον) στῆσαι πριάμενον γυναῖκας κατὰ τόπους (v. 30 in fornice stantem, v. 48 libertinarum, v. 58 mimis, meretricibus) κοινὰς ἅπασι καὶ κατεσκευασμένας. Inprimis cf. 101—105 cum Phil. fr. $4_{10}$, 116 sqq. cum fr. $4_{11}$ sqq.

2) Phil. in 'Herois' quoque fort. Aristophanem secutus est, sed praeter hunc Timocles quoque fabulam huius nominis scripsit. Diphilus quoque Aristophanem saepius imitatus est: cf. Ἀνάγυρος, Δαναΐδες, Λήμνιαι (has potius ab Antiphane vel Alexide deprompsit). Omnino cf. de eximia Phil^is^. Menandrique cum Aristophane necessitudine Leo F. 123/6 de Pseud. 360 sqq. cf. Leo An. Pl. II p. 4[1]; cum Amphitr. 166 sqq. cf. Arist. Plut. 1, Phil. fr. 56; de Captivorum prologo vide p. 16, 61[2] huius fabulae duos locos Leo F. 124 laudat;

nandri tempus referenda sit. Imitatus est igitur Menander Philemonis 'Hypobolimaeum' in fabula cognomini. Quibus fabulis non nomen solum commune erat. Nam ut apud Philemonem (cf. supra p. 29[2]), apud Menandrum quoque φθορὰ καὶ ἀναγνώρισις inducta erat: cf. Menandri 'Hypob.' fr. 494. Huius argumentum ex iis, quae Cicero de Caecilii 'Hyp.'[1]) dixit, novimus: senex alterum filium in urbe secum honoris causa habet, alterum supplicii causa rus relegavit. Atque γεωργός quidem in fr. 82 Phil$^{is}$. exstat. Eiusdem argumenti fuerunt postea Philemonis 'Nothus' et 'Agroecus' (nisi is senex rusticus erat ut Menandri Δύσκολος,

---

(de Philemone et Platone cf. p. 22[3]). Denique fort. iam in 'Cocalo' ut postea primum apud Philemonem filius rusticus et urbanus oppositi erant; Aristophanes enim has naturas exsculpsit in Acharn. et Georg. et urbanum in Nubibus (Phidippidem). Num cum Cocalo Sicilico Aristophanis fabula praeter nomen aliquid communis habuerit, nescio.

1) Caec. in compluribus huius nominis fabulis Menandrum, fort. in una Phil$^{m}$. imitatus est. Scripsit enim Menander quoque complures 'Hypobolimaeos': 1.) Hypobolimaeum, 2.) alteram huius fabulae recensionem sub nomine 'Hypobolimaeo vel Agroeco' = Caec$^{i}$. 'Hyp. Rastraria', (3.) Heniochum), 4.) alteram huius fabulae recensionem sub nomine 'Heniocho vel Hypobolimaeo' = Caec$^{i}$. 'Hyp. Chaerestrato'. Quod e Clemente Al. discimus, ubi legimus (Protrept. $7_{75}$): ἐν Ἡνιόχῳ ἐν Ὑποβολιμαίῳ τῷ δράματι. Hic Dindorfius verba: 'ἐν Ὑποβ.' eicit, melius Meineke addit <καὶ> ἐν Ὑποβ. Sed 'τῷ δράματι' verbis (cf. Ath. 379 c: ἐν τοῖς Ἀδελφοῖς τῷ δράματι) una fabula significatur. Ergo ἐν alterum corruptum et fort. ut saepe 'ἢ' addendum est: cf. Ath. $103_{e}$: ἐν Στρ.<ἢ>Τύχωνι, Ath. $96_{a}$: Πάννυχις <ἢ> Ἔριθοι, Ath. 407 f.: Ἰκαρίοις <ἢ> Σατύροις (Meineke I 429, Kock. non credit, Kaibelius 'ἢ' non addidit, sed legimus ἐν Ἰκαρίοις Ath. 339 d, 342 a, Σατύροις Ath. 120 a), Ath. 385 f. Ὑακίνθῳ <ἢ> Πορνοβ. Heniochus est adulescens dives ut Phidippides equis gaudens (cf. Χαίριππος in Hyp$^{o}$. fr. 491, quod ad ('Heniochum vel) Hyp$^{m}$.' pertinere suspicor. Quocum parasitus quidam colloquitur, ergo Ch. ipse non est parasitus (cf. Phoenicides fr. 3). Cf. Chaerestratus Caecilii. Cuius 'Hyp. vel Subditivus' an 'Hyp. Aeschinus' fabula Philemoniana fuerit.

Γεωργός). Atque tantopere urbani et rustici naturas Philemo cupivit inter se opponere, ut in Phasmate quoque Grumionem, servum rusticum, et Tranionem, servum urbanum, colloquentes fecerit. In Truc°. autem amator rusticus et urbanus praeter militem rivales sunt. Neque hic urbanus rusticum devincit, immo omnes tres meretrix expilat et deludit. Contra in Menandri 'Adelphis' pater rusticus prorsus a patre urbano superatur itaque eius naturam sibi imitandam esse intellegit. Omnino, etsi pericula vitae urbanae, consuetudinis meretricum, luxuriae iterum atque iterum depingit, cum rusticae vitae bona identidem collaudet, Menander saepe δυσκολίαν et avaritiam rusticorum, nusquam, ut videtur, cultum effeminatum hominis urbani deridet. Neque Terentii proprium est de scurris tacere (Ribbeck. Agroecus p. 56), sed Menandri. Certe enim forte non factum est, ut ne apud Plautum quidem scurra in Menandreis fabulis commemoretur[1]), sed in Trin°. (202: urbani assidui cives, quos scurras vocant), Most. (15/6: tu urbanus vero scurra, deliciae popli, rus mihi tu obiectas?), ⟨Truc°.⟩ (491), ⟨Mil. gl.⟩ (994 sq. ex Alazone), ⟨Pseud°.⟩ (428 sq. cf. Trin. 219 sqq. (cf. Leo F. 118)) Philemonianis[2]), in Curc. (296), Poenulo

---

1) Stich. 198 sqq. in parte a Plauto addita cf. Leo in editione; idem F. 152/3 Plautum hic inventorem esse ostendit. Sed et locum de scurra a Graeco poëta deprompsit et auctionem (cf. Epimetrum II p. 82[3]) cf. Leo F. p. 113 ad Capt. 492.

2) Phil$^{m}$. igitur, non Menandrum Afranius imitatus est in Fratriis (cf. fr. XVIII) = Φρατρίαις. Quae cum fabulis generis Pseud$^{i}$. aliis in rebus aliquam similitudinem habet, in aliis ab his diversa fuisse videtur: ad fr. IV cf. Ps. 59; quamquam dies quoque nuptiarum subaudiri potest ut ex aliis fragmentis concludere licet, 'Georgos' igitur Menandri et Philemonis Γάμος (Γαμῶν) comparandae sunt. In fr. V fort. de lenone aliquis loquitur, ad fr. XIX cf. Ps. 547 sq. 559 sq., ad fr. VII cf. Ps. I$^{IV}$; pecunia eodem modo, quo in 'Thesauro' falsis epistulis scriptis comparari videtur: fr. IX. — Sic

(1281, 612) ⟨Alexideis⟩ [1]), in Epidico (15) ⟨fort. Apollodori C. (cf. Hecura 469, Leo F. p. 118[4])⟩: cf. Ribbeck. Agroecus p. 55/6. Philemo autem, Diphilus, Alexis non Athenis nati sunt. Atque Philemo homo Doriensis erat, cum Menander, civis Atticus nobilis, in cultu nil ab Atheniensibus urbanis differret; ut enim Theophrastus (λαμπρὸς καὶ ἐξησκημένος: Ath. 21 a) Menander quoque, Epicuri synephebus, λαμπρὸς τῷ βίῳ ἦν (anon. apud Kaibel. p. $9_{69}$); unguento delibutus, vestitu adfluens veniebat gressu delicato et languido (Phaedrus V $1_{12}$). Itaque scurra (noster Neuigkeitskrämer, Pflastertreter, Stutzer) Menandro ut plerisque comicis Athenis natis ridiculus non erat (cf. de Lucilio Ribbeck. Agroecus p. 65/66). Potius Phil[l]., qui fabulas ut Πιττοκοπούμενον (cf. fr. adesp. (536), 338/9 nuper a Blassio Hermae XXXV 341 amplificatum), Αὐλητὴν Ἀνανεουμένην, Ἔφηβον (Ribb. Agroecus 65 „Junker") docuit [2]). Fuit nimirum Philemo quoque homo urbanus et amavit novam patriam Athenas, tamen vitia Atheniensium homo origine Dorus facilius cognovit. Itaque nusquam apud Menandrum ut apud Philemonem (cf. p. 14, 43) [3]) (qui more Euripidis personas mundum corrigentes fingit cf. Leo F. 117, 110, 107/9) et Diphilum (fr. 24) civium vitia vituperantur (Menand. fr. $223_{15}$: ἐν τῷ νῦν γένει, non hic in urbe cf. Diph. 'ἡμῶν', Phil. Merc. 837 ab Atticis, in Trin. 1029 'hic') patriamque Menander peregre redeuntes multo suaviore atque altiore affectu salutantes fecit, quam Philemo: cf. Menand. fr. 13, 349, Stich. (402), 649, Bacch. 170, Mil. gl. 411 (ex Ephesio), cum senes apud

Εἴρων quoque tantum apud Phil[m]. (fr. $89_6$) invenitur: Ribbeck. M. Rh. $31_{389 \cdot 382}$.

1) Cf. Epimetrum II.

2) Praeterea cf. fr. 100.

3) Adde fr. apud Ciceronem Rhintoni perperam adscriptum; cf. Kaibel. I p. 189.

Philemonem: Most. 431 sqq. Trin. 820 sqq. hac occasione iocentur[1]). Nomina autem adulescentium apud Philemonem exstant haec: [Λάχης fort. fr. 28, fr. 149, senex Ter. Eun. Hec., dubia res est: Menand. fr. 284, 647)], Κλέων fr. 213, Πάμφιλος fr. 148 (adesp. 274, Andria, Hecura (Pamphila: Stich.)). Lysitelis nomen e 'Thesauro' oriri videtur cf. p. 68[1].

Quoniam de adulescentibus diximus, nunc, cum viri personam in nova comoedia fere prorsus desideremus (cf. Luebke p. 27), ad senum partes transeamus. Atque cum in Philemonianis fabulis saepius duo senes coniuncti sint, nusquam, nunc quidem, urbanus et rusticus; immo et Lysimachus Demiphoque, et Theopropides Simoque, et Callicles Megaronides Charmides, ⟨et Callipho Simoque⟩, senes urbani sunt. Vix 'patruo obiurgatori' (Apuleius), fort. rustico ut in Menandri 'Adelphis', pater commodus [cf. Menander fr. 661, 'Nauclerus' (vide Epimetrum I), Adelphi, Synephebi Caec. fr. I, in 'Ephesio' senex, qui non pater est; Demophili 'Ονανός cf. Eur. Hippol. 464/5] urbanus oppositus fuit; apud Apuleium quidem tantum 'mater indulgens' commemoratur. Videlicet Philto in Trin°. pater mitis est, quia Lysiteles bonus est filius, sed pater commodus Menandri apud Phil$^{m}$. nunc quidem deest[2]),

---

1) Recte Leo (F. 121) „eine Parodie des Gebets", inquit, „wie Thesm. 331 sqq. liegt nicht im Stile der νέα." cf. Merc. 678 sqq. 834 sq., fr. 67. Tamen in locis ut Most. 431 sqq., Trin. 820 sqq. (cf. Brix-Niemeyer[4]) Philemo veteri comoediae propior est, quam Menandreae. Praeterea cf. p. 27. Fort. ne cavit quidem, 'ne in fabula ut 'Αρπαζομένῳ puer a praedonibus raptus Athenas in urbem εὐνομωτάτην portaretur' (Hueffner 24 adn.).

2) In Pseud°. 426 sqq. 436 sqq. Callipho Simoni oppositus est (Philemo igitur, si in Pseud°. Plautus eum imitatus sit, iam ante Menandri Adelphos mitem et severum senem opposuerit, sed quaeri potest, num Callipho iisdem verbis usus esset, si ipsius filius scortum duxisset.

exstat senex libidinosus: Merc. (cf. Menandri Chalceia, Diphili Κληρούμενοι) et senex severus, qui filium patria privat (Merc., Σικελικός fr. 77, fort. (cf. p. 48) Apolis, Exoecizomenus; cf. Menandri Ἑαυτοντιμωρούμενος, fort. eadem de causa Phil[is]. senex quidam est 'Ἀποκαρτερῶν', praeterea cf. Diphili Lemniae (Turpilius v. 90/1). Quam severitatem ex avaritia plerumque ortam esse supra (p. 28) demonstravimus. Quamquam enim avaritiam Phil[m]. tota fabula perstrinxisse nunc nullo exemplo comprobari potest, senex avarissimus est e. g. Theopropides in Most.

Denique ut adulescentes, senes fallacias non ipsi peragunt (Menandri 'Naucleros' ut e Demophili 'Ὀναγῷ (Asin. 69) cognoscimus exceptio est (cf. Epim. I)), sed sycophantis ut in Trin. utuntur. Nomina autem senum apud Phil[m]. exstant haec: Νικοφῶν fr. 104, 39 (idem nomen Apollod. fr. 14 (Kock. III p. 293)); Charmidis nomen iam in 'Thesauro' Phil[is]. fuisse videtur: cf. Trin. 916 sq. 977.

---

## III.

Relinquitur, ut quod extremum nobis proposueramus de compositione fabularum agamus. Atque in praesentia satis habemus de prima fabulae parte, de prologo pauca dicere. De quo quae inprimis Frantzius et Leo disseruerunt, repetere nolo, meum est demonstrare Phil[is]. proprium in prologis componendis magnam generum varietatem fuisse, cum Diphili prologorum inter se similium spectatores taederet cf. Ath 580 a. Hoc inde oriri videtur, quod Diphilus argumenta, quibus anagnorisis necessaria erat, valde amabat (Rud., Cas., Vid.), ubi divina persona aut Prologus (sic oratorem ornatu Prologi distinctum significamus) de iis, quae fabulae personae dicere non possunt,

spectatores certiores facit. Sic ut in Rud. Arcturus (in Cas. Fides[1]), in Aul. Lar familiaris, in Dyscolo Pan, de aliis cf. Leo F. 192) apud Phil$^{m}$. (fr. 91) Aër spectatoribus argumentum narrat. Quod fr. neque cum Cobeto Phil$^{i}$. abiudicandum est, neque quo iure 'Philosophis' fabulae adscribatur intellego. Ad quam pertineat nescimus, verisimile autem non est id fabulae initium esse, in qua anagnorisis puellae raptae fiat, si quidem Philemo quoque eius generis fabulae ne Athenis agerentur cavit (sed cf. p. 54[1]); profecto fabulae ut Truculenti prologus esse potuit, cui divina persona aut Prologo ad argumentum enarrandum praeter Diniarchum opus erat (Leo F. 188). Inter huius prologi et Mercatoris genus positum est Amphitruonis. Hic Mercurius argumentum narrat, qui simul deus est, qui omnia sciat, et persona fabulae. Similem ancipitem speciem Charinus praebet, qui duas res simul agit; nam et argumentum et suos amores eloquitur. Itaque ut Mercurius in Amph. alloquitur spectatores: 8, 17, 37, 103. Atque quaeri potest, qua de causa poëta hic hac prologi forma usus sit. Nam quae Charinus narrat, facile agi potuerunt e. g. Eutychus ea, quae heri audiverat (481) coram spectatoribus audire potuit. Sed Philemo soliloquium praetulit, quod bene in adulescentem amantem in solitudine querelas profundentem quadrat cf. Leo Gött. Gel. Anz. $1898_{747}$. Eiusdem generis est Philolachetis in Most. I 2 soliloquium, Diniarchi in Truc. I 1, Lysitelis in Trin. II 1, adulescentis in Θυρωρῷ fr. 34, cuius verba plane cum Merc. 40 congruunt, (adulescentis in Menandri Georgo). Omnino cor anxium et curis sollicitum aut consilia quaerens solitudinem petit: cf.

1) Video Skutschium quod suspicatus eram comprobasse: M. Rh. $55_{272}$.

Micio in Adelphis I 1, senex in Menandri Andriae prologo (cf. Donat.), fort. igitur Pyrrhi fr. 71 e prologo est[1]). Accedit quod amator loquax est (Merc. 16—19, 31—38) ut anus (Cist. 122). Itaque bene Prologi munere fungi potest, quippe cuius proprium sit multa verba facere. At cum eum in solitudine conqueri aut secum aliquid considerare (Truc. 22—76, Most. I 2, Trin. II 1) optime deceat, dedecet eum enarrare, quae ipse scit: Truc. 77 sqq. (Cist. I2). Quod quamvis saepe in fabulis fieret, fieri non potuit, quin interrogaretur, cuinam hic narraretur. Itaque novae comoediae poëtae aut ut Menander in 'Georgo' hanc offensionem quam maxime detegere aut ut iam Euripides (Med., Phoen.) Aristophanesve (Eccles.) aliquo modo excusare studebant. Quos illudens Philemo sagaciter sibi veniam vindicat: Merc. init.[2]). Neque ineptius inventum est, si persona fabulae ea, quae futura sunt, cum scire non possit, somnio, quo illa divinavit, spectatoribus narrat. Hoc auxilio ut in prologo e. g. Aeschylus (Pers.), Euripides (Hec., Iph. T., Alex.), Aristophanes (Vesp.) usi sunt, Philemo in Merc. in supplemento quodam prologi utitur. Necesse enim erat senem quem neque Charinus, neque Acanthio spectatoribus ostendere potuerunt, et se patrem

---

1) Hic v. 6 spectatores comperiunt agricolam loqui. Qui haec fere dixerit: Ego sine longis philosophorum meditationibus hic in agro (nimirum in bello quoque agricolae partim in agris remanebant cf .Menand. fr. 719 πόλεμος δὲ κἀν πεδίῳ κακῶς . .), quid sit summum bonum cognovi, scilicet pax. <Quam tandem rex Pyrrhus nobis donavit, itaque filium salvum ad me rus rediturum esse sperare possum. Sed servus meus, quem ad filium investigandum in urbem misi, nimis diu abest atque curat, quae non eius sunt. Sero redibit, εἶτα μοι κ. τ. λ. fr. adesp. 347 (cf. supra p. 11).

2) Eadem ratione Phil. fr. 79 Euripidem (Med. 57) irridens soliloquium excusat. Hic coquus non initio fabulae, sed intermissus ut parasitus Pers. $I_2$ aut novi actus initio solus in scaenam egressus πρὸς γῆν τε κοὐρανὸν (cf. Merc. 5) arte sua gloriatur.

Charini esse, de quo iam dictum erat (v. 46 sq., 107, 180 sq.) pronuntiare et suos amores eloqui, de quibus v. 203 nondum spectatores certiores facti sunt (neque enim Charinus neque servus inde aliquid colligunt). Quod per diverbium cum vicino habitum fieri potuit, sed Philemo certo consilio patris filiique amores inter se comparare voluit; itaque v. 267 Prologi ratio dicendi redit cf. v. 103. Hoc somnium igitur hic aptissimum est (Leo F. 147), loquacis enim senis est ὃ τῆς νυκτὸς εἶδεν ἐνύπνιον τοῦτο διηγήσασθαι (Theophrast. περὶ ἀδολεσχίας), quamquam Marxio concedendum est id incondite compositum esse. Frigere enim haec somnia necesse est, si accuratius ad singulas res deducuntur. Ut in Merc. 14 sq. in Milite gl. (ex Alazone[1]) v. 79 sq. Palaestrio a populo comiter audientiam postulat, ut ei argumentum narret. Hic quoque simul persona fabulae est. Hac in re novae (ut mediae cf. e. g. Theophil. fr. 12$_{(9)}$, ubi sicut in Merc. adulescens et argumentum et amores suos eloqui videtur) comoediae poëtae veterem imitati sunt: cf. Arist. Eq. 36, ubi Demosthenes, quamquam cum alio colloqui potuit, spectatoribus argumentum narrat (v. 40 sqq.) et Vesp. 54, ubi Xanthias, quamquam Sosias adest, spectatores compellat (v. 65, 73). Uterque locus e prologo est, ubi ut in epilogo (Eccl. 1140 sqq. cf. Pseud. 1330 sqq., Rud. 1418, Stich. 775) et parabasi poëta proprias leges sequitur, alibi ne apud Aristophanem[2]) quidem spectatores ita saepe compellantur.

---

1) Plauto enim ipsi tantum vv. 138 sqq., qui ob contaminationem compositi sunt, tribuendos esse Leo F. 162. 195 ostendit.

2) Froehde (in stud. Berol. ad Philol. et Arch. pertinentibus N. S. III 1 p. 23 sqq.) tantum ea exempla, quae nom. propria continent, collegit neque utrum in prologo an media in fabula exstent distinxit. — Eius generis apud Plautum exempla Lorenz. Pseud. p. 35 contulit, qui loci omnes aut e Menandreïs aut, et audacissimi

Vidimus poëtas audaciam prologorum mixti generis aut aliquo modo excusasse aut iocis detexisse. Quod eo difficilius fuit, quo plura poëta ipse spectatoribus de propria fabulae indole aut de aemulo, quem sive refutaturus sive aggressurus erat, dicere voluit. Atque parabasi omissa (choroque magis magisque remoto, de cuius reliquiis cf. Leo F. 217[1], Körte Nov. Ann. Teubn. 1900 inprimis p. 88[4] et 89[2]; pluralis exstat: No. 3, 23, 25, 28, 29, 34, 40, 43, 48, 64, 69, 71, 73, 74, sed cf. supra p. 49 quoque) novae comoediae poëtae, qui multa et nova invenerunt, prologo mere systatico (= Prologo) saepius uti coacti erant (cf. Leo 216 sq.). Inprimis vero Philemo novarum rerum inventor fuit: cf. p. 9, ⟨18, 28 Capt.⟩, 31[2] (Leo F. 133), ⟨47[1] Amph.⟩, 48,49, ⟨54[2]? Pseud.⟩, 61, 66. Quodsi Frantz. p. 68 bene ad Menandri 'Thaïdis' prologum rettulit quae legimus apud Ath. 594 d, Phil$^{m}$. in fabulae ante 'Thaïdem' scriptae prologo spectatores monuisse suspicor se hic bonam meretricem a se inventam primum producere[1]) (cf. Capt. 1033). Eo meliorem enim hoc modo facultatem aggrediendi Menandro dedit. Neque recte Ussingius Amph. vv. 40—44 secrevit, qui Mercatoris v. 3 (cf. Arist. Ran. 1: εἴπω τι

---

quidem, e Philemonianis fabulis sumpti sunt. Adde exempla, quae Leo Hermae XVIII p. 562 collegit. De singulis locis, quantum Phil$_{i}$., quantum Plauto tribuendum sit, hic disserere longum est. Certe non recte iudicavit Groh (Bursian 80 (1894) p. 247), qui Plauto ipsi ea tribuit, quae apud Terentium desunt. Cf. Leo F. 100[4]. E. g. Most. v. 280 sq. Phil$^{i}$. tribuendi sunt (sic recte Lorenz. p. 75) cf. Merc. 703; de Most. 274/9 cf. Leo F. 135[3] (Hermae $18_{562}$).

1) Postea Menander ipse hac usus est cf. p. 17[2]. Quantopere autem posteriore novae comoediae aetate poëtae novas inventiones captaverint, e Demophili Ὀναγῷ videmus, qui (Asin. 79) matrem nunc sic agere, ut antea patres, consulto commemorat, aut e <Posidippi> Menaechmis, quam rei variandae causa non Athenis agi vult.

τῶν εἰωθότων;) admodum similes sunt. Sic media in fabula (cf. certus Phil$^{is}$. locus: Most. 1149, ad hunc quoque Leo F. 139$^{3}$ similem Aristophanis locum confert) (Pseud. 568): qui in scaenam provenit, novo modo novum aliquid inventum adfere addecet. Atque ut nova producere cupit poëta, ita vetera ut iam trita deridet, sic in eadem fabula (v. 1239): 'mihi certum est alio pacto Pseudolo insidias dare quam in aliis comoediis fit (cf. Merc. 3 p. 59), ubi cum stimulis aut flagris insidiantur: at ego iam intus promam XX minas; obviam ei ultro deferam.' cf. Truc. II 6, ubi Stratophanes primum in scaenam prodiens ut in prologo spectatores monet (482) se non ut alios milites, videlicet aliis in comoediis, mendacia (cf. Amphitr. 198) prolaturum esse. Sic Mercurius in Amph. v. 984 sqq. iocose servulum comicum irridet, qui navem salvam nuntiat aut irati adventum senis. Quae fabula si a Phil$^{e}$. deprompta est, ille hic Menandri fabulas ut 'Nauclerum' (fr. 348 τὴν ναῦν σεσῶσθαι) tetigisse videtur[1]), ut Menander fort. in Bacchid. v. 649 sq. Philemonis Parmenones (Parmeno partes agit in 'Moecho' cf. p. 46, praeterea in 'Fallacia' Caecilii fr. VI (fort. = Καταψευδομένῳ Phil$^{is}$. cf. p. 36 sq.)) Syrosque, qui duas aut tris minas auferant eris (cf. Oxyr. Pap. I, XI 37 ἅπαξ ποτ' ἢ δίς). Ut in Amph. Mercurius Prologi munere fungi debet, ut fabulae cum tragoedia similitudinem excuset (v. 51 sqq.), sic in Capt. iocose hanc fabulam tragoediam non esse demonstratur (cf. v. 61 'nam hoc paene iniquomst, comico choragio conari desubito agere nos tragoediam'). Revera enim haec fabula 'seria usque ad cothurnum' continet. Idem valuisse puto de fabula, cui nomen est Ἄπολις, cui bene fr. adesp. 127 adscribas. Neque Apulei testimonium

1) Et fort. Ps. 412 Menandri 'Thesaurum' cf. Leo Hermae $18_{564}$. De 'Most.' 1149 cf. supra p. 12.

talia apud Phil$^{m}$. non inveniri id est, cui credamus (cf. p. 6[2]). Immo demonstrari potest, cum iis, quae Leo F. 120/3 e Plauti fabulis Philemonianis attulit (inprimis e Merc., Trin., ⟨Amph.⟩, ⟨Capt.⟩; de Truc. cf. Ribb. Alazon p. 38[1 et 2]) fragmenta bene conveniant (cf. e. g. fr. 2, 28, 73, 90, 92, 93, 213), inter novae comoediae poëtas (hac in re quoque mediae poëtas sectantem cf. Wilamowitz ind. schol. p. 25) Phil$^{m}$. saepissime vocem usque ad cothurnum sustulisse[1]). Conquestiones enim de fortunae celeri mutatione, de reipublicae malis, de hominum imbecillitate, etsi apud ceteros minime desunt, tamen apud Phil$^{m}$. creberrimae inveniuntur. Inprimis ultimae fabulae ea tantum ratione ad hilaritatem comoediae perductae esse videntur, ut hic illic ioci ab argumento fabulae alieni quasi per vim insererentur. Cf. Trin., quam in fabulam, ut comoediae similior esset, Lessingius multos iocos sibi inserendos esse putavit. Iam supra p. 16 sq. de Trin$^{i}$. et Capt$^{orum}$ similitudine egimus, cum de prologo huius fabulae diximus, ubi auctor novi aliquid se inducere pronuntiat. Atque consentaneum est Phil$^{m}$., quem primum mediae comoediae indolis taedebat adeo, ut novae auctor fieret, postea primum huius quoque generis taeduisse. Nempe quod senex novum protulit, non initium novae, sed finis artis praeteritae fuit, cui multa ademerit, nulla pro iis addiderit. Atque tanta fuit totius artis in Capt. mutatio, ut hic Prologo poëta uti deberet[2]). Contra Pseud$^{i}$. Prologus a Plauto adiectus esse potest, qui quanta ipse hac in fabula praestiterit, fort. hic gloriatus est. Inter Phil$^{is}$. fragmenta

1) Cf. Leo F. 122, de Menandro cf. de Wilam. Novae Annal. Teubn. 1899 p. 516—20, Agathias (Ribb. Alazon p. 39[3]); de Wilamowitz ind. schol. p. 26.

2) Aristophanes talia profert in parabasi ut Nub. 510 sqq., inprimis vv. 537 sqq. cum Capt. 55 sqq. conferendi sunt, aut audacius in prologo ut Vesp. 54 sqq., inprimis vv. 58 sqq. cum Capt l. c. cf.

Prologo nonnulla tribuere licet: sic fr. 143 (cf. Leo F. 216) et fr. 130, quod poëtae nomine a Prologo dictum esse videtur [1]. Cui alius Euripidis imitationem opprobrio dederit; quam Philemo non solum non negavit, sed etiam, ut quanta ergo Euripidem pietate perfusus esset demonstraret, professus est se, si quis post mortem sensus superesset, laqueo vitam libenter finiturum fuisse, ut illum spectare posset. Nimirum fieri non potuit, quin poëta comicus, qui tragicum τραγικώτατον tantopere amaret, non solum artem, sed etiam indolem eius saepius in fabulis imitaretur [2], sicut Homeri (cf. Leo F. 123), cuius laudem pulcherrimis versibus (fr. 97) celebrat. Sed de hoc prologorum genere hactenus; antequam autem ad aliud transimus, pauca de epilogis adicere nobis liceat, quippe qui cum prologis systaticis vel mixtis artissime cohaereant. Epilogus enim praeter prologum unus locus fabulae est, quo ut poëta cum spectatoribus ageret, concessum erat [3].

---

1) De quo fragmento cf. p. 7[1]. Meineke (Men. et Phil. rell.), Duebner, Schwartz 'ἄνδρες' verbum cum 'τινὲς' coniungunt, mihi cum Meinekio vol. IV p. 48 vocativus (scr. ὦνδρες) esse videtur, cf. Frantz p. 62 (alia exempla: Plato fr. 92; Eubul. fr. 30, Menand. fr. 24, 536; Nicolaus fr. 1; fr. ades p. $104_3$ (ἐ ρ η μ ί α μέν ἐστι κοὐκ ἀκούσεται οὐδεὶς παρὼν . . . μου τῶν λόγων) ceterum hoc fr. optime in Phil^is^. Philos^os^. quadrat cf. Blass. M. Rh. 35 p. 88/90; plenior forma est: ἄνδρες οἱ θεώμενοι Arist. Ach. 496 = spectatores (e. g. cf. Cist. 678)).

2) Quod accuratius hic demonstrare longum est; haec quoque causa ad eas, quas de Philemone Alazonis auctore diximus, accedit (cf. Leo F. 149 sq.) Ceterum ut Philemo Menander quoque (Quintil. X $1_{69}$) et Diphilus (fr. 60, 73) Euripidem sectabantur: cf. Leo F. 101 sqq.

3) Hic illic hanc regulam laedi iam diximus, praeterea nonnullis in fabulis prologus per fabulam continuatur, sic in Merc. (cf. supra p. 58) et Truc. (cf. p. 66) (de Hecura Apoll[i]. cf. Leo F. 195[1]), optimum vero exemplum est Amph., ubi semper, utrum Amph., an Juppiter, Sosias an Mercurius prodeat, pronuntiandum est.

Sed hic tam pauca dici solent, ut epilogo systatico opus non sit, immo mixtus sufficiat. Sic Eutychus, persona fabulae, in Merc. spectatoribus legem dicit, ut Pyrgopolinices in Alazone; Truculenti epilogus a Phronesio pronuntiatur. Hic verba: 'Veneris causa adplaudite' cum Amph[is]. exitu: 'Iovis summi causa plaudite' comparari possunt. Atque cum hac in fabula more Euripideo Juppiter velut deus ex machina prodeat, ut initio Mercurius deus Prologi munere fungitur, sic Capt[orum] quoque vv. 55 sqq. in epilogo (1029 sqq.) repetuntur. Contra in Most. et Trin. poëta nil amplius cum spectatoribus communicat. Videlicet illa in fabula iam v. 1149 iocosissime licentia ultimae partis usus erat. Sic in Merc. quoque iam v. 1007 audacter fabulae ipsius personam dicentem facit: 'eadem brevior fabula erit'. Quae verba, quamquam in Casina (1006) fort. Plauto, qui hic Diphili fabulam corripuit (cf. Leo F. 151, contra cf. Skutsch. M. Rh. LV p. 282), tamen in Merc. Phil[i]. tribuenda sunt. Quod cum similibus apud Plautum locis Philemonianis (Most. 510, Merc. 160 ⟨Ps. 388. 720 sqq; ad Ps[i]. exitum cf. Arist. Eccl. 1140 sqq. Pax 1355 sqq.⟩), tum Arist. Eccles. 582 (ὡς τὸ ταχύνειν χαρίτων μετέχει πλεῖστον παρὰ τοῖς θεαταῖς) comprobatur.

Nunc de dramatico prologi genere a Sophocle et Aristophane exculto nobis agendum est, in quo nihil cum spectatoribus communicatur, immo omnia, quae hi scire debent, a personis fabulae aguntur. (Ubi enim soliloquium fit, fere semper poëtae, cum excusationibus, de quibus supra diximus, opus sit, ad genus mixtum deducuntur). Sed saepius fabula eius modi est, ut nulla ipsius fabulae persona apta sit, cui altera argumentum narret. Quod si ita est, προσώπῳ προτατικῷ poëtae utuntur i. e. persona, quam eo tantum consilio poëta initio fabulae addit, ut ei argumentum narretur. His Acanthionem in Merc.,

qui potius munere nuntii tragici fungitur, non adnumeramus. Tamen Philemo Euripidem sequens (Leo F. 221) hoc auxilio, quod Menander respuisse videtur (Leo F. 220) in Phasmate usus est. Sed ita ut non vitio, immo maximae laudi ei tribuendum sit, cum Grumio non ad audiendum solum appositus sit, sed eius fidelitate Tranionis malitia statim clarissime illustretur. Ut in Most. in Trin°. per diverbium expositio fit atque ita quidem, ut brevi scaena praemissa, qua spectatorum animi ad ea, quae in fabula visuri sunt, per personas allegoricas, quas dicimus, fabulae expertes[1]) advertantur (Leo F. 183 Euripidis Lyssam confert), expositio ipsa solas per fabulae personas fiat. Quarum neutra protatica est neque (ut in Curc^e^.) ea persona, cui argumentum narratur, omnia iam scit; immo Megaronides se errasse diverbio cum Callicle habito intellegit. Ad hoc genus fabularum, quibus prologus dramaticus est, quia omnia quae spectatoribus communicari necesse est, ipsae fabulae personae scire possunt, cum aliis multis pertinent fort. Παρεισιών (fr. 61), Sardion (de qua cf. p. 24; Harpocr. (fr. 74): ἐν ἀρχῇ τοῦ Σαρδίου; cum hoc fr°. Phormionis initium conferendum est, ut Davus alter in Sardio servus fuerit πρόσωπον προτατικόν). Denique fr. 77 (e Σικελικῷ) ad prologum per diverbium factum pertinuisse videtur; hic de sene filio proficiscente quasi sua nil intersit tranquillo altera persona alteri narrat[2]).

1) Sed de argumento fere nil dicunt (cf. v. 17, cf. Leo F. 182 sq. Trautwein. 23 sqq.). Conferenda est prima scaena Militis (ex Alazone) et Cist^ae^., quae utraque ad depingendas personarum naturas, non ut spectatores de argumento fabulae aliquid comperirent, composita est. Sed cum tres personae in Cist. media quoque in fabula prodeant, ut in Trin°. Luxuria et Inopia, sic in Milite gl. (Alazone) Artotrogus in fabula partes non agit.

2) Iuvat Shakespearii prologos non minus varios, quam Philemonianos conferre atque cum Aëre Phil^is^. 'Famam' (in altera parte

Adhuc diximus tantummodo de prima expositionis scaena; sed de reliquis breves esse possumus, cum neque e fragmentis Phil[is]. ullum his tribui possit et quae de Plautinis fabulis dicenda sunt, Leo dixerit. Hoc unum hic repetam ex comparatione fabularum Plautinarum elucere Phil[m]. non festinanter ut Menandrum ad ipsam fabulae actionem procedere, sed Aristophanis more in conditione fabulae et natura personarum fusius depingendis delectari. Atque longiorem expositionem habent hae fabulae: Pseud. (versus 415), Truc. (352), Most. (347), Trin. (324), Amph. (292), Men. (273); tum demum longo intervallo intermisso fabula Menandrea sequitur: Cist. (203), quam aliis quoque in rebus Philemonianis similiorem esse demonstravimus. Contra pleraeque fabulae Menandri expositiones non longiores quam Aul. i. e. versuum 120 habuerint. Diphileae Rudentis expositio 184 v. habet, Casinae expositio nunc cum 'Prologo' v. 228 continet. E ceteris fabulis, quae Phil[is]. sunt aut quas eius esse suspicati sumus Capt[i]. expositionem 194 versuum habent, de Alazone iudicari non potest, una Merc. brevi expo-

---

Regis Henrici IV.), cum Mercurio in Amph. 'Chorum' in Rege Henrico V, cum Captivis 'Prologum' in Rege Henrico VIII. [Praeterea 'Prologus' exstat in 'Troilo et Cressida', in spectaculis in 'Hamleto' (brevissimus tantum captationis benevolentiae causa dictus) et in fabula, quae 'Somnium noctis aestivae' dicitur (hic ioci causa Euripideum morem superans poëta quae agenda sunt velut iam acta narrari facit)]. Prooemium ut in 'Trin[o].' videmus in 'Contumaci femina domita'. Plerumque expositio per diverbium fit, soliloquium ut in 'Merc.' non exstat nisi in 'Rege Ricardo III.' Hic rex „Why J", inquit, „in this weak piping time of peace Have no delight to pass away the time, Unless to see my shadow in the sun And descant on mine own deformity." (Cf. Merc. 5: aut soli aut lunae miserias narrant suas; v. 2 et meos amores eloquar). Ceterum poëtae Britannico Tranionem Grumionemque notum est adeo placuisse, ut nomina eorum in 'Contumaci femina domita' usurparet. Molierus ex soliloquio in Amphitruonis prologo diverbium fecit.

sitione (111 v.) eminet. Sed etiamsi hic actio iam nuntio Acanthionis incipitur, alterius scaenae vis maxime ea est, ut descriptio amantis adulescentis copiosius atque accuratius continuetur (cf. Most. I 2 sq. Pseud. I 1), adde quod supra de scaena II 1 diximus (p. 57 sq.), in scaena II 2 demum de Lysimacho et uxore ruri agente aliquid comperimus, denique initio scaenae II 3 tale adulescentis soliloquium, quale in Trin[i]. prologo (II 1) audimus; itaque demum v. 364 actio vivacius incipitur. Eodem modo ordo scaenarum solitus tantum quodammodo neglectus est in Truc[o]., in cuius expositionem actionis partes immixtae sunt (cf. Leo F. 187). De prologo continuato in Amph. iam diximus, denique 'Alazonis' quoque in expositione ingenium praeter solitum audax 'Thesauri' auctoris recognoscimus.

Quaerendum nunc esset de re gravissima, quomodo Philemo totas fabulas disposuerit. Quam quaestionem quoniam paucis verbis ad finem perducere non possumus, nunc omittere coacti sumus. Hoc tantum dicimus neque Philemonem neque Plautum legem V actuum observasse facile comprobari posse. Minus facile interdum, ubi actus finitus sit demonstrari potest; e. g. quaerendum est, utrum Philemo Merc. 829 et Trin. 222 actum finiverit an passus sit soliloquium soliloquium subsequi. Quod ne fieret, certe Captivorum exemplaris auctor non cavit, cum a versu 461 usque ad versum 532 tria deinceps soliloquia audire coacti simus [1]). Hac ratione fabula in singulas partes

---

1) Alia res est in locis ut Rud. 185—219, 220—228, ubi consulto singulas deinceps puellas conquerentes poëta finxit, quo maiore postea una cum illis spectatores gaudio afficerentur, cum altera alteram reperiret. Omnino non soliloquia ipsa vituperanda sunt, sed nimia loquacitas (e. g. Lysitelis, melius est Philolachetis soliloquium), Charini in Merc. excusatur cf. p. 56).

diffinditur atque recitationi quam actioni accommodatior fit. Quod de nonnulis Philemonis fabulis valere videtur (cum Menander hac quoque in re, ut in dictione [de qua cf. Demetrius de eloc., Meineke Men. et Phil. rell. XXXVII, de Wilamowitz: Ann. novi Teubn. 1899 p. 516, Leo An. Plaut. II p. 4] ab eo differat). Ex tribus quidem, quas ad Phil^m^. redire omnes agnoscunt fabulis elucet Philemonem soliloquia valde amasse. Sic in Merc. quarta fere in parte fabulae (250 vv.) soliloquia usurpat, in Trin. ad 220, in Most. ad 200 (in Rud. ad 330, in Cas. ad 230; cf. Gnathaenae de Diphilo iudicium). Ne Menander[1]) quidem prioribus in fabulis tantum actioni promovendae animum intendit, quantum in posterioribus (Bacch: 280 v. soliloq., Aul: 260, Ad: 190, Stich., Cist. (fabulae correptae): 150, Eun. 100, Heaut. 60, Andria 50) cf. quae de personis coqui gloriosi etc. supra diximus.

Neque in diverbiis Philemo semper id egit, ut actio progrederetur. Quod in expositione[2]) libenter ferimus;

1) Non ignoro in Andria Terentium senis soliloquium in diverbium commutasse, quod alibi quoque factum esse verisimile est. Omnino hic numeris non ita multum comprobari potest, plura duabus fabulis, quarum partes nuper repertae sunt, quae ex ultimo Menandri tempore sunt; in 'Georgo' enim (atque ad expositionem quidem hic locus pertinet) adulescens nihil loquitur, nisi quae ad rem pertinent, in Περικειρομένῃ Doris Polemonem non diu solum relinquit. — Multum igitur abest, ut e magno numero versuum, qui ad soliloquia pertinent, Phil^m^. auctorem fabulae esse concludamus, potius e parvo eum auctorem non esse: Asin., Phormio 60 vers. solil., Pers. 85, Epidic. 90, Curc. 100 (fabula correpta), Hecura 130, Miles gl. (fab. contaminata) 150; contra multa et longa soliloquia sunt in Pseudolo (ad 200 nempe inter vv. 1300), Men., Capt. (ad 210) Truc. (270), Amph. (420) (in Poenulo, fabula contaminata, inter 1423 versus 225).

2) Sic e. g. in pulcherrima scaena $I_3$ et in sagacissima $I_4$ Most^ae^., ubi meretricum mores et convivium depinguntur (cf. Pseud. $I_2$, Cist. $I_1$, Poen. $I_2$).

in Trin°. vero per totam fere fabulam longos sermones tolerare debemus. Fuerit sane haec loquacitas singulis locis apta, ineptum erat quattuor senes fingere, qui tam similis ingenii sunt, ut unum quidem Lessingius bene omittere potuerit, et hoc quidem praeter iuvenes[1]) amantes natura loquaces loquacemque servum. Mirandum igitur non est, quod Lessingius iocis undique accersitis ne spectatores fabulae taederet, cavere studuit. Quod videlicet iam Philemo facere coactus erat cf. e. g. 39 sqq., 51 sqq., 69, imprimis scaena IV $^2$. [2]) Nimirum non iocos ipsos (cf. Wilamowitz. Heracl. I$^2$ 152) vituperamus, sed id, quod non sic poëta fabulam invenit, ut sua sponte enasci possent. Sic recte Langen p. 229 Philemoni opprobrio dat, quod Charmides rediens non liberos petit, sed sycophantae iocis gaudet.

---

1) Tamen Lysitelem non cum Geffckenio p. 14 'umbram' dixerim. Huius generis adulescentes illis temporibus Athenis vixerunt: cf. Ter. Andria 55: 'quod plerique omnes faciunt adulescentuli, ut animum ad aliquod studium adiungant, aut equos alere (cf. Arist. Nub., Menandri Heniochos cf. supra p. 51[1]) aut ad p h i l o s o p h o s: Alexis fr. $36_{1-2}$; cf. Donat. ad Phorm. $I_{II_{36}}$ sectari: „bene cavillatus est et ioculariter in adulescentem, cui aetas ad sectandos philosophos apta erat.“ Fort. Philemo nomen quoque Lysitelis finxit [cf. Diphili Αἰρησιτείχης, Euphronis (fr. 3) Πυργόθεμις; cf. praeterea Trin. 1020 (cf. adesp. fr. 592), fort. Phil. fr. 47 Τρυγέρανος (cf. Hesych. s. v. τρυγὼν [loquax: Menand. fr. 416, Phil. fr. 208] et τρυγέρανος: φάσματι (lege φασκάδι vel φάσσᾳ) ἐοικώς) et Epicharm fr. 87 Kaibel); de nominibus apud Plautum vide Leo F. 98] aptum adulescenti, qui secum deliberat ἢ λυσιτελεῖ ζῆν ἄφρονα μᾶλλον ἢ σώφρονα (cf. Axionicos fr. $6_8$, B a t o fr. $2_9$). Atque amorem fugit, quia pauperem reddit (cf. p. 28), paupertatem autem χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον ῥίπτειν καὶ πετρέων . . . κατ' ἠλιβάτων: Theognis v. 175 cf. Trin. 266.

2) Quid enim poëtae relictum erat omnibus, quae in Capt. prologo enumeratae sunt, personis mulieribusque omissis? Ex iis autem, quas in Eunuchi prologo Ter. affert, unus servus currens exstat, qui simul parasiti edacis vice fungitur (Trin. 474 sq.).

οὐ γὰρ πρεπῶδές ἐστι τῷ διδασκάλῳ
ἰσχάδια καὶ τρωγάλια τοῖς θεωμένοις
προβαλόντ' ἐπὶ τούτοις εἶτ' ἀναγκάζειν γελᾶν
(Arist. Plut. 797)

(cf. Menandri dictum supra p. 43[1]). Potius Philemoni ignoscimus, si in Most. stultus senex stultissimus est, aut si in Merc. saepius in scaenis sagacissime inventis et vere comicis vim comicam supra modum auget (cf. Langen p. 159. 160. 163. cf. supra p. 43; nimirum idem, quod in Merc. I 2, in Pseud. I 1 quoque iniuria vituperat Langen p. 199). Itaque non solum Most., sed etiam Merc. multo melior fabula est, quam Trin. Atque Most[ae]. virtutes laudare supersedere possumus, cum omnes de eximia eius pulchritudine consentiant. Mihi quidem videtur longe ‚Pseud[m]'., vel egregiam ‚Bacchides' fabulam inventione ingeniosa, omnes Plautinas Terentique fabulas ‚Menaechmis' exceptis vi comica superare.

Relinquitur igitur, ut de Merc. dicamus, quam plerique non ita magni aestimant. Sed malis personarum moribus, qui illius saeculi mores erant, non impediri debemus, quominus, quid poëta hic praestiterit, recte iudicemus. Hic non Fortuna omnia regit ut in Pseud[o]., ubi Harpax, iusto momento advenit (669/70), in Most., ubi Fortuna nova deinceps pericula Tranioni obicit, in Trin., ubi poëta Charmidem eo ipso puncto temporis reducem facit, quo sycophanta dolum perfecturus est[1]), sed actio per personas ipsas secundum earum naturas agitur, et Fortuna in minores tantum res se immiscet. Sic forte fit, ut coquus cum uxore Lysimachi conveniat, quod

---

1) Ad haec Lessingius „Wenn das", inquit, „in einer Komödie geschähe, jedermann würde sagen: es ist nicht wahrscheinlich, dass der Alte eben jetzt wiederkommt, und doch ist es wahr! Er hat eben jetzt wiederkommen können und kömmt auch eben jetzt wieder."

Philemo in pulcherrima scaena illustrat. Dorippae autem ipsius praematurus adventus in urbem bene cum natura eius nimis in maritum (cf. 1000) suspiciosa congruit, quam Lysimachus bene novit (543. 586). Atque eo magis Philemonis artem admirari debemus, quod hic bonam fabulam omissis omnibus motorii generis personis efficacioribus (cf. Ribbeck: emendationum Merc$^{is}$. Plautinae spicilegium Lips. 1883 p. 2) composuit. Quoniam de Charini natura Ribbeckius iam dixit, mihi relinquitur, ut ceteras personas quoque Phil$^{m}$. hic optime finxisse demonstrem. Atque de Pasicompsae naturae unica inter omnes personas muliebres Philemonis pulchritudine iam supra (p. 29[1]) diximus. Quam lepide autem instituit poëta, ut qui amorem ut fugeret, a patre moroso mercatum missus erat[1]) (‚quid enim iuvat aliam in terram fugere?' Merc. 651 sqq.), non solum ipse novo altioreque amore perfusus reverteretur, sed etiam mulierem mercaretur, cuius aspectu senex omnia, quae ex patris avique ore tam bene admonere didicerat, obliivisceretur tam plane, ut postea (III 2) spectatoribus mores plane inversos proponeret. Ceterae omnes personae bene ad naturam inventae et sibi constantes descriptae sunt; vel minimarum partium ut Syrae indoles tenuiter exculta est (cf. Leo F. p. 108). Itaque cum Ribbeckio (p. 2) exclamamus: ‘inter Trin$^{m}$.et Merc$^{m}$. quantum discrepat!' Sed ea quae sequuntur Ribbeckii verba perfalsa esse mihi quidem persuasum est. Paulo supra meum de his fabulis iudicium Ribbeckio contrarium professus sum (p. 69), in singulis rebus Ribbeckium refellere hic longum est; de uno tantum probro fusius nobis agendum est, quod gravissimum nobis videatur[2]): ‘Illud sane' inquit

1) V. 82—84 (cf. Theocrit. XIV 52—54).

2) Video iam Dziatzkonem (M. Rh. 26 p. 422[2]) rectum dixisse, sed Langen. p. 163 huius argumentatione nondum contentus fuit.

Ribb. p. 3, 'a quo tandem Charino absente, cui hospes Rhodius quamquam non mancipaverat, tradiderat tamen pretioque vendiderat (104 sqq. 449), quemque ut matri dono daret advexisse, possidere igitur puellam pater ipse sciebat (cf. v. 261. 332. 400), vel emisset Lys$^{us}$. vel Eut$^{m}$. emere adulescens ipse voluisset (486 sqq.), oblitus est dicere bonus poëta neque docet infra Eutychus v. 611 sqq.'. At, ut erat bonus poëta, Philemo dixit, quis in navi Pasic$^{m}$. venderet, scilicet Demipho. Hic, cum mane mulierem conspexisset, Lys$^{o}$. vicino amorem confitetur; sed nondum eius auxilio opus est, cum ipse filio se persuasurum esse speret, ut mulierem vendat neve det matri suae. 'Sed praecauto', inquit — idemque filius sibi dicere potest — 'opust, ne hic illam me animum adiecisse aliqua sentiat' (II 2). Itaque in sc. II 3 splendidissima uterque tergiversatur. Atque ubi tandem ad rem ipsam accedunt, primum quidem, cum Acanthio ancillam matri emptam esse Pasic$^{m}$. dixisset (201), pater eam non idoneam ancillam esse demonstrat (395 sqq.), contra filius se pedisequam matri eam destinasse. Sed libenter patris excusationem probat formosam pedisequam domui flagitium ferre amboque — et ambo sunt mulieris possessores — in eo se consentire fingunt, ut vendenda sit, cum pater reddere se velle, unde empta sit, neget. Jam uterque habet, qui emat, senex senem, adulescentem adulescens. Ne ii quidem, qui sequunter, versus cum veritate pugnant. Nisi enim iam antea, profecto inde a v. 431 alterum excusationes proferre uterque scit, sed voluntatem suam se perpetrare velle alteri clare ostendit adnutantem amicum fingens, qui nusquam est [1]). Atque cum, ut concitati

1) Cf. exempla e vetere comoedia sumpta, quae Froehde p. $176^2$ affert.

(quibus Langen. p. 160 iniuria sana mente ut sint praescribit) revera solent, fines rationis longe egressi essent, v. 441 pater, quae nimie atque supra quam credibile filio erat, dixerat, novis rationibus verisimilius facere studet. Et facete quidem poëta rem ita instituit, ut uterque, quod alterum celare vult, coram altero necopinante profiteatur (444/5). Denique Char$^{m}$. novam excusationem promentem pater refutat (458 sq.) et ad portum ire vetat. Quo statim ipse it, cum optime conveniret, quod eo iam Lys$^{us}$. ierat, qui senis a se ficti partes agere posset. Char$^{s}$. igitur ut Eut$^{s}$., qui auscultavit (478), sciunt Demiph$^{m}$. in navi futurum esse, ut mulierem et vendat (cf. e. g. 429), et pro sene, quem finxerat, emat (427). Praeterea spectatoribus Demipho (446) se non ipsum Pas$^{m}$. empturum esse dicit, sed videlicet Lys$^{m}$.; itaque ea, quae Lys$^{s}$. 499 sqq. narrat, nemo miretur. Demipho enim quin se Lys$^{o}$. Pas$^{m}$. in navi vendidisse simulaverit, dubitare spectatores non potuerunt neque ignoraverunt v. 549 Lys$^{m}$. Demiphonem, Pas$^{m}$. Charinum falso subaudire, cum 'tuo ero redempta es rursum' Lys$^{s}$ dicit. Utrum autem Char$^{s}$. fictioni patris credat necne, nil ad rem facit; metuit enim tantum, ne sibi Pas$^{a}$. subtrahatur. Profecto ipse veritus, ne pater de amore ipsius suspicaretur, non sensit patrem ipsum amatorem esse (cf. v. 634). Eodem modo patrem libidine obcaecatum nil de filii amore sensisse (cf. v. 993) poëtae credere possumus, cum id, quod v. 994 senex dicit, huic non credamus[1]. Quodsi Eutychus partes adulescentis a Char$^{o}$. ficti suscipit, videlicet in navi a Demiphone Pas$^{m}$. 'tanti quanti poscat' emere debet. Unde argentum comparetur, amator festinans non

1) Demipho est homo mendax (cf. v. 62 cum 264 sq.). Ceterum quamvis malus homo sit, melior Demaeneto in Asin. est: cf. Asin. 853: (filio sciente) cum Merc. 545 (clam filio).

curat. Peculium enim, quod mercimonio confecerat, ei non praesto est. Sed Eut$^{s}$., qui ipse pecuniam non habet, quamquam primum quidem nescivit, unde inveniret, certe non abisset, nisi consilium cepisset pecuniae quaerendae. Sero ad portum venit nimirum quoniam antea mutuam pecuniam fort. fide Char$^{i}$. sumere debebat, cum et Lys$^{us}$. et Demipho iamdudum ad portum venissent. Itaque Lys$^{us}$. praedam iam abduxit. Sed Langen. p. 161 arbitratur homines, qui in navi erant, Lys$^{um}$, Demiphonis vicinum, novisse. At unde noverunt? Acanthio, quem eum novisse verisimile est, non ad navem rediit[1]). Ceteri autem, qui biennio ante cum Char$^{o}$. Rhodum navi vecti erant aut postea demum Charino se adiunxerant, ne Demiphonem quidem novissent, nisi hunc erum maiorem esse Acanthio iis mane dixisset (187 sqq.). Videlicet Demipho Eut$^{m}$. filii amicum vicinique filium novit. Quem, si in navi ad illum venisset, adulescentem a Char$^{o}$. fictum esse scire Demipho debuisset.

Quodsi comprobavimus hic Phil$^{m}$. in argumento componendo non errasse, reliqua omnia Ribbeckius (p. 3) ipse tam bene inter se cohaerere concedit, tamque prudenter composita esse, ut nec desideremus quicquam nec quid in Graeco exemplari potuerit additum esse facile divinemus. Quam laudem satis magnam et plane iustam esse arbitror.

Quae laus augetur, si, ut videtur, Philemo III[2]) tantum actoribus in 'Emporo' uti potuit:

---

1) Quo ierit poëta non dicit. Bene autem cum natura adulescentis amantis convenit, ut eius auxilio non utatur (cf. supra p. 13). Sic optimum agendi tempus dimittitur.

2) Vide Epimetrum III!

| | |
|---|---|
| A: Charinus, Lysimachus (versus): | 372 |
| | + 145 |
| | 517, |
| B: Acanthio, (servus v. 283), Eutychus, Pasicompsa, Dorippa: | 60 |
| | (1) |
| | 148 |
| | 19 |
| | 40 |
| | 268, |
| C: Demipho, coquus: | |
| | 194 |
| | 23 |
| | 217. |

Ad partes Syrae agendas (31 vers.) παραχορηγήματος opus erat.

Contra in Most. V actores necessarii erant [I 4 Philol., Philem., Callid., Delphium; accedit II 1 Tranio; Scapha 249 domum intravit, itaque I 4 Delphium et 419 Sphaerionem (Delphium abiit 398) agere potest.] De Trin[1]. actoribus cf. Brix-Niemeyer[4] p. 30. In Most. bis quarta persona loquitur (313/47 et 363/97), tres personae quinquies (in Merc. bis, in Trin. quinquies).

Denique ex multis, quae tractandae essent, nonnullas quaestiones scaenicas tractemus. Hic reputandum est, quantopere novae comoediae poëtae in rebus scaenicis restricti fuerint. Nam etsi scaena non Athenis erat, tamen fere omnia ita agebantur, quasi Athenis esset. Itaque mihi quidem persuasum est poëtam Graecum ex consuetudine Attica, non inscitia Plautum in Amph[o]. Thebas prope mare sitas esse finxisse[1]). Porro ea, quae intus

1) Tempus novae comoediae poëtas non ita diligenter curasse facile demonstrari potest. E. g. in Merc. inter IV 4 et IV 5 tempus

fiunt, agi non possunt. Qua de causa in platea, quamquam alibi id facere non decere poëta dicit (Merc. 1005, ubi hac ratione causa fabulae corripiendae datur), personae res secretas secum communicant. e. g. Most. 472 sqq, Trin. 146 sq. (Stich. 102, Mil. gl. 597 sq. 955, Rud. 948). Sed cum hoc excusetur, quia omnes poëtae rem ita instituere coacti erant (Langen p. 220), Phil. a Langeno (p. 169) vitio datur, quod in Most. Philematium in platea se ornet ibique convivium (cf. Persa, sed e. g. in Bacch. aut narratur de eo 480, aut intus fit 834 sq, 1203) habeatur. At demonstravit Lundstroemius (Eranos I 95—100 Upsalae 1896) discrimen esse inter ea, quae 'in via' et ea, quae 'ante ianuam', 'ante ostium', 'ante aedes' fiant. Atque cum in Sticho (sed in ea parte, quae Menandri non est) epulae et saltatio foris i. e. in via fierent, in Most$^{ae}$. scaena I 3 sq. ante aedes i. e. in vestibulo columnato (cf. Most. 817 de vicini aedibus; vide praeterea picturam apud Dörpfeld-Reisch. p. 323 cf. p. 313 sq.) aguntur; itaque et, ut decet, Philematium non sub divo se comit exornatque, et spectatores una cum Philolachete videre possunt, quae agantnr. Atque ad totam fabulam magni momenti est spectatori persuaderi Callidamatem tantopere ebrium esse, ut nulla copia senem redeuntem statim effugiendi sit. Porro nos offendit, si una persona diutius verba in scaena facit coram altera vel compluribus aliis, quod Langen. e. g. p. 164 in Merc., p. 229 in Trin. vituperat. Sed ex multis aliis exemplis elucet hoc non Phil$^{is}$., sed totius comoediae Atticae proprium fuisse. Quodsi Langen. p. 220—222 reprehendit,

---

non relinquitur, quo Syra ad Dorippae patrem ire indeque redire possit. Neque in Aetolo <= Capt.> aut poëtam aut spectatores Athenienses accuratius observasse puto unum diem actioni agendae non sufficere.

quod de domicilio Lesbonici contraria comperiamus, neque hanc culpam Plauto obicere neque hunc errorem ullo modo excusare possumus[1]). Philemonem enim alia quoque in 'Thesauro' minus diligenter, quam in Merc. aut in Most. composuisse cognoscimus. Sane quae sint personae, quae in scaenam prodeunt, hic quoque quam celerrime spectatores docet, sed cum e. g. in Merc. sciamus Lys°. esse negotium in urbe (280) et ad portum quidem (326), Demiphonem non domum suam, quamquam cenae tempus adest, sed libidine inflammatum vicini domum intrare velle (555 sqq), senes in forum ire (582), Lys$^{m}$. coquum exspectaturum domo exire (698), in Most. Grumionem, qui ervum quaesitum in urbem venerat (62, 68), rus redire (82), Tranionem in Piraeum ad pisces emendos ire (v. 66 cf. 363), in Trin°. incertum manet, quo iturus Callicles domo egrediatur et quo postea (v. 197) abeat.[2]) Videtur domum redire, III 1 enim rursus domo egreditur (v. 600). 729 in platea incedit, atque ut e. v. 191 colligendum est, domo Megaronidis veniens. Itaque inter 600 et 729 rursus domo sua exiit, quod nimirum hic bene poëta fingere potuit, quia actus finis antea factus erat.

---

Satis multa imprimis hac gravissima in parte tantum adumbrare potuimus, sed finis nobis est faciendus. Philemonis tempora non optima clarissimae illius gentis Graecorum erant neque Philemo optimus huius aetatis

---

1) Ut e. g. quod Kaibel. (Georg. p. 161) in Andria vituperat, excusari potest et probrum, quod Menandro ipsi in Georgo facit, reiciendum est. Unde enim Philinna, quo adulescens ierit, scire potuit?

2) Facile autem causa egrediendi vel abeundi excogitari potuit ut e. g. Epidic. 422; in Capt. causa quidem ficta est, sed non ita bene cf. Leo F. 185.

poëta erat. 'Menander', enim, ut ait Quintilian., 'omnibus eiusdem operis auctoribus abstulit nomen et fulgore quodam suae claritatis tenebras obduxit. Tamen habent alii quoque comici, si cum venia leguntur, quaedam quae possis decerpere; et praecipue Philemo, qui ut pravis sui temporis [1]) iudiciis Menandro saepe praelatus est, ita consensu tamen omnium meruit credi secundus'. (cf. Apul. Flor. XVI: fortasse impar, certe aemulus). Invenit enim iuvenis novum comoediae genus, vir Menandri magister idemque in multis discipulus fuit, cum sene comoedia ipsa senuit, cum moriente Musae Athenas reliquerunt.

---

## Epimetrum I.

(ad p. 8, 10², 16¹, 24¹, 32, 45, 49, 54, 55.)

Longum est hic omnes poëtas comicos, quos Phil^is. temporibus floruisse constat, enumerare, praesertim cum Meineke ea quae dici possunt iam dixerit et catalogi poëtarum [CIAII 977 [2]) et anon. Kaibel p. 9/10] iam ante Posidippi et Apollodori Carystii [3]) aetatem interrupti sint.

---

1) Phil^e. vivo Merc^m. rectius iudicatam esse, quam nostra aetate ex iis, quae p. 13 sq. disseruimus apparet; Phasma Holbergius, Lessingius Thesaurum retractavit. Aliae quoque, quas ad Phil^m. redire suspicati sumus fabulae posteris inprimis placuerunt, sic Romanis Ciceronis aetate Pseudolus *) (Cic. Phil. II § 15, pro Roscio com. § 20. 50); Amphitruonem Molierius et Kleistius dignam putaverunt, quam imitarentur, Alazon cum Shakespearii 'Mulieribus alacribus Windsorianis' comparari potest, Captivos Lessingius (videlicet supra iustum modum) collaudavit.

*) Plautum hac fabula et Truculento inprimis gavisum esse Cicero Cato m. 50 finxit.

2) De hoc titulo cf. supra p. 5¹.

3) Non recte Kaibelius (apud Wissowam) unum Apollodorum fuisse coniecisse videtur.

Itaque inprimis ultimi Philemonis anni obscurati sunt (ʽοἱ κατὰ ʼΑπολλόδωρον τὸν Καρύστιον κωμῳδιοποιοὶ Ath. 664 a). Nescimus enim res gravissimas e. g. quo anno Philippides, Posidippus, Apollodorus C. diem supremum obierint. Atque cum ille propter longiorem Athenis absentiam non tot fabulas, quot Menander Diphilusve docere potuerit, e fabularum numero non ita magno (XLVII) Apollodori et inprimis Posidippi [fere XXX (non XL: Meineke I 483)] eos non amplius XXX fere annos fabulas docuisse, atque Posidippum quidem inde ab anno post Menandri mortem tertio concludamus. Quamquam enim aliae quoque huius rei causae excogitari possunt, ut indoles illorum poëtarum in scribendo lentior aut inopia novorum post Menandri aetatem argumentorum, tamen nos recte id conclusisse e numero (LXIV) poëtarum novae comoediae elucet, quem anonymus (Kaibel p. 9.) tradidit. Quorum nomina omnia sciremus, si poëtas alterius a. Chr. n. saeculi aut titulis (inde circiter XXV)[1]), aut aliunde notos annumerare liceret. At certe non licet! Quot enim nomina nobis desint e catalogo CIAII 977 discere possumus. Ergo, ni fallor, numerus LXIV poëtarum eo fere tempore, quo Philemo, Posidippus, Apollodorus C. mortui sunt, completus erat. Quid enim aliud narratiuncula ab Aeliano tradita sibi vult, nisi post Phil[is]. mortem Dionysum comicum poëtam diebus festis dignum ut anno 405 tragicum nisi apud mortuos invenire non potuisse? Itaque circiter inde ab anno 250 (i. e. non ita multo ante quam Romae Livius floruit), mortuorum τῆς νέας κωμῳδίας poëtarum fabulae ut παλαιαὶ denũo in scaenam ab histrionibus mittebantur poëtaeque καινῆς κωμῳδίας fere vetera argumenta clarrissimorum illorum

---

1) CIA II 975, 977 m.

poëtarum sive isdem sive aliis utentes nominibus retractabant (cf. Batonis (p. 8[6]), Philemonis minoris, Critonis fragmenta). Quorum ullum Romanos comicos imitatos esse adhuc comprobatum non est; de Demophilo quidem, sane poëta obscuro, quaerendum est, utrum ante Philemonis Apollodorive mortem an Plauti temporibus 'Ονατόν docuerit. Certe perperam Christ. (Hist. litt. Gr.) eum mediae comoediae ascripsit. Post Menaechmorum autem exemplar 'Ονατόν scriptam esse ex iis locis, quos Leo F. 148[1] contulit, ea de causa non colligam, quod eius modi res in compluribus aliis quoque fabulis tractatas esse verisimile est, ex quibus et Posidippus et Demophilus eas haurire potuit[1]). Ea fabula autem, ad quam Demophilus alludit (Asin. 68 sq. cf. Leo Hermae XVIII p. 564) Menandri 'Nauclerus' est, ubi patri Stratoni (fr. 348, Asin. 344) duo sunt filii altercantes (fr. 350), Theophilus nauclerus, fort. nothus a matre dilectus, quem redire Strato non ita laetus audit (fr. 348) et Demaenetus (Asin. 344), cui pater ipse nauclerico ornatu (cf. Mil. gl. 1283 sq.) per fallaciam eam, quam amat (fr. 352) ⟨quamque leno Theophilo nauclero promiserat⟩, meretricem a lenone abducit [Asin. 69 sq; Caec. Naucl. fr. III (= Menandri Ναύκλ.) cf. Mil. gl. 1147 (Curc. 488)]. Demophilus igitur rem ita finxit ut is, qui Menandri temporibus filii partes agebat, nunc patris ageret.

---

1) Imitatur autem Demophilus praeter Διδύμους Alexidis (cf. Epimetrum II) et Truc[i]. Pseud[i].que exemplar (Leo F. 148[1]) Apollori C. Diabolum. Diaboli enim nomen adulescenti datum esse videtur, quia per parasitum (cf. Phormio in Apollodori 'Diabolo') maritum apud uxorem calumniatur (Asin. 811 sqq.), quae apud Apollodorum Nausistratae Epidicazomeni similior profecto fuit, quam uxor apud rudem poëtam Demophilum. Praeterea cum fr. 6 Apoll[i]. C. cf. Asin. 759 (Eur. (Menandri) fr. 1063 Nck[2]), cum Ter. Phorm. 1010 cf. Asin. 813.

Eandem Menandri fabulam imitatus est Eudoxus. Praeter hoc unum aliud idemque Menandreum fabulae eius nomen traditur: Hypobolimaeus. Sed fuit certe poëta clarus, quippe quem Diog. L. VIII 90 octies i. e. totidem atque Menandrum, saepius quam Apollodorum (V) vicisse commemoraverit[1]). Fort. huius nomen apud anonymum (Kaibel p. $9_{65}$) (una cum fabularum numero etc.) intercidit atque hic quoque septenarius poëtarum numerus traditus fuit cf. de antiqua comoedia Kaibel ad p. $7_{20}$.

---

## Epimetrum II.

(ad p. $20^2$, 32, 34, 35, 36, 42, $52^1$, $53^1$, $79^1$).

Praeter Diphili Rudentem, mediae comoediae cuiusdam poëtae Persam, Pseudolum in his Plautinis fabulis leno prodit: in Curculione (hic Cappadox leno) et in utraque fabula (Carchedonio + b), quam Plautus in Poenulo (hic Lycus leno) expressit. Hae fabulae inter se simillimae sunt, semper enim leno fallaciis circumducitur. (Nimirum huius generis fabulae creberrimae erant, vide p. 34 sq.). Differt autem fabula b a Curc$^e$. et Carch$^o$. eo quod in illa anagnorisis non fit. Itaque vix Menandri est, Philemonis esse possit (Most. I 3 cf. cum Poen I 2; fabula similis argumenti fuit e. g. Philemonis Harpazomene). Melius vero quam auctor huius fabulae tempus enucleari potest. Atque primum cum vv. 233/47 Stichi vv. 742/47 con-

---

1) Fuit Apollodoro teste Siculus, filius Agathoclis, fort. regis Syracusarum. Cui praeter Archagathum et Agathoclem duo parvuli e Theoxena Aegyptia, fort. alii quoque filii fuerunt. Atque e. g. Craterus, Crateri et Philae filius, et Demetrius Phalereus Athenis expulsus ad litteras incubuerunt; de Dionysio tyranno cf. Oxyr. Pap. I p. 26: Δ. ὁ δεύτερος τῆς Σικελίας τύραννος ἐκπεσὼν τῆς ἀρχῆς κατέπλευσεν εἰς Κόρινθον καὶ ἐκεῖ κατέμεινε γράμματα διδάσκων.

ferendi sunt, qui ex ea parte Stichi sunt, quae ad mediam comoediam redit. Recteque Leo (F. 154), opinor, coniecit more Stichi aut Persae fabulam b convivio finitam fuisse. Accedit quod advocati chori vice funguntur. Neque unum fabulae temporis indicium v. 663/6 cum Hueffnero (p. 34) neglegendum est. Qui (p. 35) recte nomen Attali (ut in Persa 339 Dareo cf. Aulul. 85) a Plauto alii substitutum esse demonstravit. (Sic v. 694 quoque Plautus Antiochum regem addidit). Sed in fictione Spartae tantopere Plautus sibi constat (v. 663, 666, 719, 770, 780), ut non intellegam, cur Spartam non ex exemplari sumptam esse ponamus. Atque ea, quae de Sparta hic legimus, tantum in annum pugnae ad Megalopolim commissae quadrant. Collybiscus enim fingitur stipendia regis ⟨Agidis⟩ reliquisse (nimirum pecunia parta: 670), ubi hostes ad oppidum, quod defendere illius erat, oppugnandum accesserunt. Nondum captum est, sed id captum iri exspectatur et id quidem gaudio de civitate aemula non celato: 'de Sparta optime' cf. Antiphanes fr. 117, Aeschines III 133; μετὰ τὴν Ἄγιδος ἧτταν Plutch. 235 b; contra Athenienses interfectis hostibus pace fruuntur v. 524 (cf. Truc. 75). Qua in aemulatione Demetrii Antigonique aetate (cf. Hueffner p. 34) Athenienses, cum omnes Graeci communi miseria premebantur, certo non perseveraverunt. Quodsi fabula Elaphebolione agebatur, hoc tempore spectatores post cladem Lacedaemoniorum post Choas anni 330 acceptam (si quidem Plutarcho fidem habere vis) Spartam expugnatum iri exspectare poterant. At negavit Hueffnerus Lacedaemonios tum mercennarios milites conduxisse. Sed Agis certe Lycurgi leges non curavit, cum a Persis petebat, ut sibi mercennarios in Peloponnesum auxilio mitterent (Arrian II $13_4$). Verisimile igitur est ex octo militum milibus, quibuscum in Cretam profectus erat (Curt. IV 1),

paucos (quos ii, qui de pugna ad Megalopolim scripserunt, neglegere poterant) in Peloponnesum eum secutos esse. Praeterea cf. Niese II 297 et inprimis Dinarch. $1_{34}$, ubi Weseling. Agidis nomen restituit. Quae si recte disputavimus, fabula b quoque (ut Persa) ad mediam comoediam pertinet. Hic advorsitores chori munere funguntur, leno magnas partes agit, servus cum adulescente fere ut cum pari colloquitur, pater prorsus deest.

De altera, quae Poenulo subest, fabula, Carchedonium dico, quaerendum est utrum ad Menandrum an ad Alexidem [1]), qui uterque 'Carch$^{m}$.' docuit, redeat. Illius fr$^{a}$. non bene in Poenulum quadrant, quod non contaminatione fabularum factum est, cum 'Carch$^{s}$.' fere tota in Poenulo expressa sit. (Praeterea cf. supra p. 42). Alexidis [2]) autem e 'Carch'$^{o}$ unum fr. exstat: βάκηλος εἶ, ad quod cf. Poen. 1318. Atque, si quod supra coniecimus iam apud Graecum poëtam Poenum aliena lingua locutum esse comprobaveris, haec Alexidis Italici, non Atheniensis Menandri propria inventio esse videtur. Denique 'Menaechmorum' prologi cum 'Poenuli' prologo similitudo [3]) inde orta sit, quod Posid$^{s}$. Alexidis 'Didymos' imitatus est (cf. Alex. fr. 52 et Antiph. fr. 83 cum Men. 555, 563, 565), ubi Alexis

---

1) Alexidem Romanos imitatos esse e Gellio (N. A. II, XXIII 1) discimus.

2) Qui Menandrum (cf. Geffcken p. $5^{1}$, de Wilamowitz. Novi Ann. Teub. 1899 p. 519) in posterioribus fabulis secutus est. Hoc colligere licet e verbis συνδιατρίψας τὰ πολλὰ Ἀλέξιδι Kaibel p. $9_{70}$, praeterea cf. supra p. 8.

3) Cf. quae Leo ad Men. v. 36, 45 (P. 63, 62) 49 sq. (P. 79 sqq.), 62 (P. 77, 904), 68 (P. 78), 70 (P. 121, 124) adnotavit, et hos versus quidem e Graeca parte prologorum esse constat; praeterea auctio et in fine Poenuli et in fine Men$^{m}$. pronuntiatur cf. Alexidis Κηρυττόμενος i. e. homo, qui sibi auctionem habet: Bierma Thesis XLVII.

simili prologo atque in 'Carch°.' usus erat. Cuius de tempore nil scimus, nisi post Apellae mortem doctam esse. Itaque ad posteriores Alexidis fabulas pertinuerit, qui hic a Menandro anagnorisim quoque deprompsit. Item valet de auctore 'Curc$^{is}$.' (de similitudine eius cum 'Poen°' cf. Leo F. 159. 178[3]). Cuius fabulae exemplar Wilamowitz. ('Isyll.' p. 37) post a. 303, post a. 311 Hueffner doctum esse censuerunt[1]). Quae in fabulae tempore definiendo difficultas fort. inde oritur, quod fabula Graeca bis data est. Atqui scripsit Alexis 'Τοκιστὴν ἢ Καταψευδόμενον', quod nomen fabulae Curc$^{i}$. aptum est. (Hic quoque parasitus magnas partes agit, cum fr$^{is}$. Alexidis 230—233 cf. inprimis Curc. 310 sqq.; ceterum Curc$^{is}$. exemplar a Plauto (728 v.) valde correptum est). Praeter id nomen Alexidis Ἐπιδαύριος respiciendum esset, nisi haec fabula iam Demosthenis aetate acta esset. (cf. 'Antiph. Ε'. fr. 92 adesp. 586/7 cum Curc. 354 sq.).

---

## Epimetrum III.

(ad p. 73[2]).

De numero actorum comicorum in incerto versamur. Cum enim in tragoedia legem Horatii, ne quarta persona loqui laboret, semper valuisse e Senecae tragoediis cognoscamus (cf. Weil. Revue arch. XI (1865)$_{21\,sq.}$), Aristophanis fabulas Beerius inter III histriones distribuere non potuit, nisi multis et lemmatibus et versibus commutatis multisque personis in unum delatis non paucos versus παραχορηγήματι attribuens, quod interdum revera actor

1) Groh (cf. Bursian. 80 (1894) p. 245) eodem falso argumento utitur, ut Curc$^{m}$. Posidippo vindicet, atque alii antea de Aulul.

quartus fit. In Plauti autem fabulis (in Terentii nusquam) praeter Merc. III actores sufficiebant in Aul. (Lar, Megadorus, Congrio: B; Euclio, Pythodicus: A; Staphyla, Eunomia, Anthrax (qui v. 327 removetur propter Staphylam II 6 prodeuntem), Strobilus C; Schmidt: Die Schauspielerzahl bei Plautus und Terenz Erlangae 1870 p. 23 temere: „weniger“, inquit, „als 4 oder 5 Schauspieler reichten nicht zur Uebernahme der 10 Rollen aus“) et Stich. (Panegyris, Crocot., Epign., Stephan.: A; Soror, Pinacium, Pamphilus, Stichus: B; Antipho, Gelasimus, Sangarinus: C; Schmidt p. 36 poscit IV actores), vix Cist. (sic Schmidt); nam in lacuna Leo (in editione p. 285) ‘tertia’, inquit, ‘quae colloquio accessit persona ... Gymnasium fuisse maxime probabile’. Quod si recte Leo coniecit, Alcesimarchi et Gymnasii partes non ab eodem actore actae sunt. Atqui ‘Aul$^{ae}$.’ et ‘Merc$^{is}$. exemplaria Demetrii Phal. tempore scripta sunt et conicere quispiam possit hoc tempore trium actorum legem de comoedia quoque valuisse, sed eodem praeter alias ‘Disexapaton‘, ubi IV actoribus opus est. Quaeri autem potest num iis, quae Bethius Proleg. p. 22 de discrimine inter Dionysiaca et Lenaïca histrionum certamina disseruit, ita uti liceat, ut Lenaeis tragico more III actores fabulas egisse, Dionysiis numerum non circumscriptum fuisse putemus. At Aristophanis quidem temporibus ἐν ἄστει quoque actores certaverunt, in ὑποθέσει enim Pacis Rose (Aristot. pseudep. p. 554) restituit haec: ἐν ἄστει ... τὸ δὲ δρᾶμα ὑπεκρίνατο Ἀπολλόδωρος, ἐνίκα Ἕρμων ὑποκριτής. Sed fort. postea mos variatus est ita, ut Lenaeis V poëtae comici certarent (tragici autem his certaminibus excluderentur, nusquam[1]) enim in iis

---

1) Excepto CIA $II_3$ 1289 ad Lenaca pertinente (vide supra p. 5[1]). Omnino hic titulus seorsum a ceteris tractandus est. Pertinet

titulis, de quibus statim dicturi sumus, commemorantur) actorumque numerus non restrictus esset utque et poëta et is histrio, qui maxime placuit, praemio donaretur atque inscriberetur (cf. de anno 388 didasc. Pluti, CIA II 972 et de altero a. Chr. n. saeculo CIA II 975 (hic παλαιά addita est); numquam minus V fabulis agebantur; nisi satis magnus fabularum numerus praesto erat, comoedia οὐκ ἐγένετο. Contra magnis Dionysiis ita institutum fuerit, ut III poëtae et histriones tragici itemque III poëtae (neque vero histriones) comici certarent atque hic actorum numerus tragico more restringeretur (cf. de Dionysiis et Lenaeis tituli a Bethio p. 22 allati, adde CIA $II_3$ 1289 (vide supra p. 84[1]), CIA II 974 b (cf. vol. $IV_2$ p. 220). Videlicet Dionysiarum usus in ludis Delphicis valuit cf. Lueders: Die Dionysischen Künstler p. 187 sq. (No.112), ubi semper III actores (semel $4_{65\cdot70}$ bis tres) comici enumerantur. Inde factum sit, ut poëtae comici ludos Lenaïcos Dionysiacis praetulerint [Antiphanes vero saepissime Dionysiis fabulas docuit (vicit enim hic octies (Eubulus sexies), Lenaeis quinquies), cum ita solum quam plurimas fabulas docere potuerit] et pleraeque fabulae (recte enim Leo F. 206[1] monet, ne Plauto Terentiove hic nimium attribuas) iam Graecorum comicorum a plus quam III histrionibus actae sint (III actores videmus in anaglypho (Dörpfeld.-Reisch. p. 329), quod cum Most[ae]. ultima scaena Reischius p. 331 contulit, V in anaglypho ib. p. 327 No. 81 (duo senes, adulescens ebrius cum tibicina et servo). Poëtae autem

---

enim ad eum annum, quo Demetrius, Antigoni filius, primum Athenis versabatur. Quem Athenienses summis et extraordinariis honoribus affecisse constat. Fieri igitur potest, ut illo anno plura et ampliora certamina scaenica acta sint. An iam a Demetrio Phalereo ut aliae res scaenicae numerus quoque actorum comicorum mutatus est?

Latinae ad contaminandas fabulas fort. interdum eo impellebantur, quod poëtae Graeci lege III actorum vincti argumentum admodum tenue finxerant. Eo maior est laus fabularum ut Aululariae Menandreae et Mercatoris Philemonianae. Quae fabulae tam firma structura erant, ut Plautus eas contaminatione dissolvere non auderet.

## Tabula fabularum Philemonis quarum nomina exstant.

| | | |
|---|---|---|
| A. { Ἀναξανδρίδου<br>Ἀντιφάνους<br>Ἀναξίλα }<br>Ὑποβολ. ἢ A. Μενάνδρου | 1. Ἄγροικος<br>cf. p. $4^{6}$, $8^{1}$, $8^{3}$, $18^{1}$, 51. | Plauti Agroecus<br>Pomponii Rusticus<br>Novii Agricola |
| Μητραγύρτης { Ἀντιφάνους<br>Μενάνδρου }<br>(Φαρμακομάντις Ἀναξανδρίδου) | 2. Ἀγύρτης<br>cf. p. $8^{1}$, $8^{3}$, $18^{1}$, 40, 61. | Naevi Hariolus<br>cf. Ribbeck.$^{2}$ p. 9 adn.<br>(Afranii et Pomponii Augur, eiusdem Haruspex) |
| A. { Ἀλέξιδος<br>Διφίλου<br>Μενάνδρου<br>Μενάνδρου<br>Ἀπολλοδώρου<br><τοῦΓελῴου ?><br>Εὔφρονος<br>Ἡγησίππου } | 3. Ἀδελφοί<br>cf. p. $8^{2.3.4}$, $21^{1}$, 25, 30, 33*$^{1}$), 34, 49*, 50*, $50^{1}$, 59. | incerti poëtae Adelph<i> (Pomponii Adelphi) |
| A. { Βάτωνος<br>Κρίτωνος } | 4. Αἰτωλός<br>cf. p. $8^{6}$, 16—19, $19^{1}$, 21, 25, 27, 28, 30, 35, 45*, 47, 49, $50^{2}$, $52^{1}$, 59*, 60, 61*, $61^{2}$*, 63, $64^{2}$, 65, 66, $67^{1}$, $68^{2}$, $74^{1}$, $76^{2}$, $77^{1}$. | ? Plauti Captivi |
| | 5. <? Ἀλαζών><br>cf. p. $9^{1}$, $10^{1}$*, 30, 33, 39, 40, 41—43, $44^{1}$, 44*, 45, 46, 52, 58, $58^{1}$, $62^{2}$, 63, $64^{1}$*, 65, 66, $67^{1}$, $77^{1}$. | Plauti Militis gloriosi pars altera (cf. v. 86) |
| (Ἀνακαλυπτομένη Εὐαγγέλου) | 6. Ἀνακαλύπτων<br>cf. p. $9^{1}$, 49. | |
| (Ἀνανεοῦσα Φιλιππίδου) | 7. Ἀνανεουμένη<br>cf. p. 8, $9^{1}$, 24, 31, 45, 53. | |
| A. Βάτωνος | 8. Ἀνδροφόνος<br>cf. p. $8^{6}$, 24, 30 sq. | |

1) * posui, ubi compluribus locis fabula laudatur.

| | | |
|---|---|---|
| A. { Ἀντιφάνους / Ἀπολλοδώρου τοῦ Γελ. } Ἀποκαρτεροῦντες Ἀπολλοδώρου τοῦ Καρ. (Ἑαυτοντιμωρούμενος Μενάνδρου) | 9. Ἀποκαρτερῶν cf. p. 8[1,3], 18[1], 55. | |
| (Φυγὰς Ἀλέξιδος, Ἀπόδημοι Θεοφίλου) | 10. Ἄπολις? [1]) cf. p. 8[2], 9[1], 21[1], 48, 55, 60. | ? Turpilii (cf. fr. inc. I) fab. incerta, Caecilii Exsul (Novii Maccus Exsul, Plauti Fugitivi) |
| A. Ἀντιφάνους | 11. Ἁρπαζομένη (fr. 14 K.), cf. p. 8[1], 24, 30, 33 sq., 36, 38, 45, 80. | Caecilii Harpazomene (fr. I, II, IV—VI) |
| | 12. ? Ἁρπαζόμενος [2]) (fr. 12, 13 K.), cf. p. 9[1], 54[1]. | Caecilii Harpazomenos (fr. III) |
| A. { Ἀντιφάνους / Ἀναξίλα } (Αὐλοὶ Φιλιππίδου, Αὐλητρὶς complurium) | 13. Αὐλητής [3]) cf. p. 8[1], 53. | |
| | 14. Βαβυλώνιος cf. p. 9[1], 10[1], 19 sq., 21, 27, 28[2], 30, 35, 35[1], 39, 40, 40[1], 41—44, 44[1], 49*, 52*, 56*, 57*, 60, 61, 62[3], 63, 65, 66, 67[1], 77[1], 79[1], 81. | ? Plauti Truculentus. |

1) Φιλήμονος ἐξ Ἀπόλλωνος: Stob; ἐξ Ἀπόλιδος: Clericus.

2) cf. Menand. fr. 204 K. (Antiph. fr. $74_6$ K. de Ganymede). Plaut. Poen. 902, Capt. 8, Men. 33; Turpilii (fort. Diphili) Lemniae fr. II (cf. Ribbeck adn.) Ceterum poëtas interdum duabus e suis fabulis similia nomina dedisse constat: cf. Philemonis Παιδάριον et Παῖδες, Ἔφηβος et Συνέφηβος, [? Γάμος et Γαμῶν], Menandri Ἀδελφοὶ α' et β', Alexidis Ποιηταὶ et Ποιήτρια, Δίδυμοι et Δίδυμαι (Pollux $9_{153}$ = fr. 54 K.), Antiphanis Ἄγροικος et Ἄγροικοι (cf. Ribbeck ,Agroecus' p. 9[4]), Αὐλητής et Αὐλητρίς, Δίδυμοι et Δίδυμαι (cf. Αὐλητρίς), Κιθαριστής et Κιθαρῳδός (cuius fabulae exordium eo consilio Ath. 342 d laudasse videtur, ut a Citharista eam discerneret), Λαμπὰς et Λάμπων, Ὅμοιοι (Ath. 471 c, 642 a = fr. 174 K) et Ὅμοιαι (Ath. 158 c = fr. 173 K.), fort. Apollodori C. Ἐπιδικαζόμενος et Ἐπιδικαζομένη.

3) aut homo effeminatus cf. supra p. 53, Meineke I 333/4, aut adulescens αὐλητὴς σκηπτόμενος, ut una cum puella in ludo esse possit cf. Ter. Ph. 86, Menand. Εὐνοῦχος fr. 237.

| | | |
|---|---|---|
| | 15. ? Γάλλος[1]) (fr. 20 K.), cf. p. 9[1], 27, 31. | ? Naevi Tribacelus. |
| Γ. { Ἀντιφάνους, Διφίλου | 16. Γάμος (fr. 17, 18 K.), cf. p. 8[1, 4], 45 sq., 52[2]. eadem fabula videtur esse atque: | Caecilii Gamos, Pomponii / Laberii } Nuptiae |
| | 17. ? Γαμῶν (sed cf. adn. ad fab. 12), (fr. 19 K.), cf. p, 9[1], 18[1], 52[2]. | |
| Δ. { Ἄμφιδος, Ἀλέξιδος, Τιμοκλοῦς, Μενάνδρου | 18. Δακτύλιος (Kock. III p. 749, cf. p. 8[2, 3], 24. | Pomponii Anulus prior, A. posterior |
| E. { Σωφίλου, Μενάνδρου | 19. Ἐγχειρίδιον cf. p. 8[3], 24. | |
| E. { Ἐπικράτους, Διφίλου, ...CIA II 975 f. | 20. Ἔμπορος cf. p. 8[4, 5], 12—15, 17, 21[1], 25*, 27, 27[2], 28*, 29*, 29[1], 34, 35, 36, 39, 43*, 46, 47, 48*, 49, 50, 53, 54[1], 54, 55, 56*, 57*, 57[2], 58*, 58[2], 59, 60, 61, 62[3], 63*, 64, 64[3]*, 65 sq.*, 66[1], 67, 69*—74*, 74[1], 75*, 76*, 77[1], 84*, 86. | Plauti Mercator (cf. v. 9 sq.) |
| (Εἰσοικιζόμενος Ἀλέξιδος, Μετοικιζόμενος Διοφάντου) | 21. Ἐξοικιζόμενος cf. p. 8[2], 9[1], 46, 48, 55. | |
| E. { Διφίλου, Ἀναξίππου, Ἀπολλοδώρου τ. Κ. | 22. Ἐπιδικαζόμενος cf. p. 8[4, 5], 21[1], 32 sq., 32[3], 45, 49. | Plauti Addictus[2]) |

1) Commutatur fere in Γάμον, sed fieri potuit, ut Philemo Gallos derideret (cf. Wilamowitz Antig. C. p. 76[42]). Naevi est Tribacelus (Phrynichus Epit. 272 σημαίνει ὁ βάκηλος (Antiph. fr. 113, Alexis fr. 100, Menand. fr. 477) τὸν ἀποτετμημένον τὰ αἰδοῖα, ὅν Βιθυνοὶ καὶ Ἀσιανοὶ Γάλλον καλοῦσιν). Similia argumenta sunt 2, 55, 57, Menandri Μηναγύρτης, Ἱέρεια, Ἀνδρόγυνος, Εὐνοῦχος, Ὕμνις (meretricis cognomen Lucian. dial. mer XIII, sed cf. Kock III p. 135 et Luebke (cf. supra p. 17[2]) p. 10[1].

1) Ex omnibus fabularum Graecae comoediae nominibus tria tantum aoristi (Ἀπολιποῦσα) aut perfecti (Ἀπημπολημένη, Ἀπεγλαυκωμένος) formam habent et ea quidem perperam, ut opinor.

Videlicet in fabula Ἀπολειπούσῃ laudanda codicibus nulla est fides;

| | | |
|---|---|---|
| E. Βάτωνος | 23. <?Εὐεργέται> cf. p. 8[6], 17, 17[3], 18, 59. | |
| | 24. Εὔριπος cf. p. 9[1] et Kock. II p. 484. | |
| | 25. Ἐφεδρίζοντες[1]) cf. p. 9[1], 10[1], 46, 49, 59. | |
| E. Ἐφίππου | 26. Ἔφηβος cf. p. 10[1], 21[1], 48, 49, 53, 54, 61. | |
| | 27. Ζωμίον[2]) cf. p. 9[1], 38, 44. | ? Plauti Saturio |
| H. { Κράτητος, Τιμοκλοῦς (Ἥρως { Μενάνδρου, Διφίλου) | 28. Ἥρωες cf. p. 8[3.4], 50[2], 59. | |
| Θ. Ἀλέξιδος | 29. Θηβαῖοι cf. p. 8[2], 18[1], 19, 21, 46, 49, 59. | |
| Θ. { Κράτητος, Ἀναξανδρίδου, (Μενάνδρου), Διφίλου, Ἀρχεδίκου, Διωξίππου | 30. Θησαυρός cf. p. 8, 8[3.4], 10[1], 11, 12, 13, 14, 15, 15–17, 17[3], 18, 21[1], 25, 27[1], 28, 30, 36, 43*, 45, 47, 47[1], 48, 49*, 52*, 52[2], 53, 54*, 54[1], 55*, 56, 57, 61*, 63, 64, 64[1]*, 64[2], 65, 66*, 66[1], 67* sq., 68[1]*, 68[2], 69*, 69[1], 70, 74*, 75*, 76*, 76[2], 77[1]. | Plauti Trinummus (cf. v. 18sqq.) |
| | 31. Θυρωρός[3]) cf. p. 9[1], 49, 56. | |

---

legimus enim: Ἀπολείπουσαν Ath. 429 e (Crobyli); 132 c [ς Ἀπολιπ.] et 133 f (Diph.); Photius (Apoll. Car.).

Contra: Ἀπολιποῦσαν Ath. 258 c et 443 f. (Crobyli); Pollux $10_{12}$ (Diph.); Suid. (Apoll. Car.).

Ergo semper scribas Ἀπολείπουσαν. Porro (ἐν) Ἀπεγλαυκωμένῳ traditum est Ath. 224 f. et 301 a; ἐν τῷ Ἀπευγλαυκωμένῳ Ath. 117 c, e; scribendum est Ἀπογλαυκωμένῳ (cf. Plauti Miles 148).

Denique Ἀπημπολημένην fabulae nomen fuisse minime constat cf Pollux $7_{211}$: ἐν Ὑποβολιμαίῳ (ἀπεμπολημένη: A); ergo scribas: ἐν Ὑπ. <ἡ> Ἀπεμπολωμένῃ. Quae cum ita sint participiis pass. Latinis ut Abductae, Addicto, Bis Compressae, Demandatis, Dotatae, Emancipato, Excepto, Ictae, Proiecto, Repudiato, Suspectae apud Graecos participia praes. ut e. g. Ἐπιδικαζόμενος, Προικιζομένη Ἀκοντιζόμενος respondent.

1) Stob; Φιλήμων Ἐφεδρίταις: Photius.

2) fr. 41; altera recensio fabulae, cui nomen est Μετιών.

3) cf. Hesych. ὁ παράνυμφος ὁ τὴν θύραν τοῦ θαλάμου κλείων cf.

| | | |
|---|---|---|
| Ἰ. { Ἀντιφάνους, Ἀριστοφῶντος, Θεοφίλου | 32. Ἰατρός cf. p. $8^1$, 39. | Plauti Parasitus Medicus, Pomponii Medicus. |
| Κ. { Μενάνδρου, Σωσιπάτρου; Τοκιστὴς ἢ Κ. Ἀλέξιδος | 33. Καταψευδόμενος cf. p. $8^{2, 3}$, (26 sq.), 36 sq., 45, 49, 60. | Caecilii { Fallacia (Symbolum), (Afranii Simulans), (Plauti Pseudolus vide No. 65). |
| (Συνεργοὶ Τιμοκλοῦς) | 34. Κοινωνοί cf. p. $9^1$, 46, 49, 59. | |
| (Κ$^{ες}$. Εὐπόλιδος) Κ. Μενάνδρου | 35. ? Κόλαξ¹) cf. p. $8^3$, 44. | (Naevi { Plauti) Colax |
| Κ. Ἀντιφάνους | 36. Κορινθία cf. p. $8^1$, 20, 24, 30, 55. | |
| | 37. Μετιών²) cf. p. $9^1$, $10^1$, 44. | |
| Μ. Ἀντιφάνους (Μοι. { Κράτητος, Φερεκράτους, Πλάτωνος) | 38. Μέτοικος cf. p. $8^1$, $22^3$. | |
| (Μοι { Ἀμειψίου, Ἀντιφάνους) | 39. Μοιχός cf. p. $8^1$, $26^2$, 30, 38, 44, 46, 47, 60. | |
| Μ. { (Αἰσχύλου), Στράττιδος | 40. Μυρμιδόνες cf. p. 22, 59. | |
| Μ. Ἀντιφάνους | 41. Μύστις cf. p. $8^1$, 24, $30^1$, 31. | |
| Ν. Τιμοκλοῦς | 42. Νέαιρα cf. p. $10^1$, $21^1$, 24, $30^1$, 43 sq., $68^1$. | Licinii Imbricis Neaera. |
| | 43. Νεμόμενοι cf. p. $9^1$, 59. | |
| | 44. Νόθος cf. p. $9^1$, $21^1$, 49, 51. | Caecilii Nothus Nicasio, de cuius nomine cf. Ritschl. Par. I 135. |
| (Θεοὶ Ἑρμίππου, Ἀμφιτρύων Ἀρχίππου) Νὺξ μακρὰ Πλάτωνος | 45. Νὺξ <? μακρά> cf. p. 14, $18^1$, 22 sq., 28, 33, 43, 45, 46, $47^1$, $50^2$, 56*, 59*, 60*, 61, $62^3$, 63*, $64^{2}$*, 65, $67^1$, 74, $77^1$. | ? Plauti Amphitruo |

---

Menandri (ἢ) Δημιουργὸς (schol. Arist. Eq. 650 cf. Sophronis Νυμφοπόνος) et Philemonis Ἀνακαλύπτων (Γαμῶν).

1) cf. Kock II 535. Sed fort. Philemo Menandrum imitatus est. Et Naevi et Plauti Colacem e Meandri fabula expressam esse e Terentio discimus.

2) fr. 42; cf. Ζωμίον.

| | | |
|---|---|---|
| Π. { Ἀλέξιδος / Θεοφίλου<br>(Ἰσθμιονίκης Μνησιμάχου<br>Πένταθλος Ξενάρχου<br>Ἀποβάτης { Ἀλέξιδος / Διφίλου) | 46. Παγκρατιαστής<br>cf. p. 8[2.4], 40, 46. | **Enni Pancratiastes,**<br>(Naevi Gymnasticus) |
| Π. Πλάτωνος<br>(Παιδίον { Πλάτωνος / Μενάνδρου / Ποσειδίππου / Ἀπολλοδώρου <τ. Κ.>) | 47. Παιδάριον<br>cf. p. 20[2], 22[3], 47. | |
| Π. Θεοπόμπου | 48. Παῖδες<br>cf. p. 47, 50[2], 59. | |
| (Π. Εὐριπίδου) | 49. Παλαμήδης<br>cf. p. 9[1], 22, 22[1]. | |
| (Πανηγυρισταὶ { Διοδώρου / Βάτωνος) | 50. Πανήγυρις<br>cf. p. 8[6], 9[1], 21[1]. | |
| Π. scripserunt cum alii multi tum Μένανδρος | 51. <Παρακαταθήκη><br>cf. p. 6[3], 8[3], 17[1], 18. | (Afranii Depositum = Menandri Π.) |
| | 52. Παρεισιών<br>cf. p. 9[1], 38, 44, 64. | |
| | 53. Πάροινος<br>cf. p. 9[1], 24, 30[1]. | |
| | 54. <? Πλαταϊκός><br>cf. p. 9[1], 20, 20[1]. | |
| | 55. Πιττοκοπούμενος<br>cf. p. 9[1], 34, 53. | |
| | 56. Πτερύγιον[1])<br>cf. p. 9[1], 21[1], 26, 33, 44, 44[1], 45, 46[1]. | ? Plauti Cornicula |
| | 57. Πτωχή[2])<br>cf. p. 9[1], 24, 31, 38, 40, 54[1]. | |
| | 58. Πύῤῥος<br>cf. p. 9[1], 10—12, 21[1], 32[3], 46, 57, 57[1]. | |
| | 59. Πυρφόρος<br>cf. p. 9[1], 38; Kock. II 497 (Pollux $8_{116}$). | |

1) ἐν Πτερυγίῳ (πτερυγίων R.): Steph. Byz.; ἐν Πτέρυγι: Suid.; Πτέρυγες: Stob.

2) fr. 68 K; cf. Ῥοδία.

| | | |
|---|---|---|
| | 60. Ῥοδία[1]) cf. p. 9[1], 20, 21, 24, 31, 31[1], 44, 54[1]. | |
| | 61. Σάρδιον[2]) cf. p. 8[5], 9[1], 24, 32[3], 46, 46[1], 48, 61, 64. | |
| Σ. Διφίλου | 62. Σικελικός cf. p. 8[4], 20, 20[1], 21, 39, 40, 44 sq., 55, 64. | ? Plauti Parasitus Medicus. |
| Σ. { ἢ Τύχων Ἀντιφάνους, Ἀλέξιδος, Ξενάρχου, Διφίλου }<br>Σαι. { Ἑρμίππου, Μενάνδρου } | 63. Στρατιώτης cf. p. 7, 8[1. 2. 3. 4. 6], 30, 38, 39, 44, 57[2]. | (Plauti Miles glor. = Ἀλαζών) |
| Σ { Ἀλέξιδος, Διφίλου } | 64. Συναποθνήσκοντες cf. p. 8[2. 4], 33, 38, 48, 49, 59. | (Plauti Commorientes = Σ. Διφίλου) |
| Σ. Βάτωνος | 65. <?Συνεξαπατῶν> cf. p. 8[5. 6], 15*, 24, 27, 28*, 32[2], 33—37, 38—39, 39[1], 40, 42, 43, 45, 46[1], 46, 48*, 49, 50[2], 52, 52[2], 54, 54[2], 58, 59, 60*, 60[1], 61, 63, 65, 66, 67[1], 67[2], 69*, 77[1]*, 79[1], 80. | ? Plauti Pseudolus vide No. 33. |
| (Σοι. { Μενάνδρου, Εὐφρονος, Ἀπολλοδώρου }) | 66. Συνέφηβος[3]) cf. p. 8[3], 30, 48, 49. | (Caecilii Synephebi = Σ. Menandri) Afranii Aequales Pomponii: Synephebi. |
| Ὑ. { Ἀλέξιδος, ἢ Ἄγροικος Μενάνδρου, Εὐδόξου }<br>(Ψευδυποβολιμαῖος Κρατίνου τοῦ νεω.). | 67. Ὑποβολιμαῖος cf. p. 8[3], 23, 29, 30, 49*, 50—51, 51[1]. | Caecilii Hypobolimaeus cf. supra p. 51[1]. |
| Φ. { (Μενάνδρου), ἢ Φιλάργυρος Θεογνήτου } | 68. Φάσμα cf. p. 8, 8[3], 10[1]*, 11, 12, 14, 15, 16, 20[2], 21[1], 25*, 27, 28, 28[2], 29, 30, 31[2], 35, 36, | Plauti Mostellaria[4]) |

1) altera recensio fabulae Πτωχῆς; ἐν Ῥοδίαις fr. 70 K.; ἐν Πτωχῇ ἢ Ῥοδίᾳ fr. 67 K.; Πτωχῆς ἢ Ῥοδίας fr. 69 K.

2) sic recte Frantz. p. 20; cf. Menand. fr. 373 K.

3) cf. Leo F. 115; Diphilus quoque unus Φιλάδελφον scripsit (cf. de Wilamowitz Anal. Eur. 140), cum quinque aliorum Φιλάδελφοι ferantur.

4) cf. Ritschl Parerga I 159 sq., 272 adn.; Leo Hermae XVIII 560/1.

---

1) Φοῖνιξ: Suid s. v. Στράτων; Φοινικίδης: Ath. 382 b.

2) Plutarch. Demetr XI Φυλάκιον est meretricis cognomen, sed Φυλακή apud Philemonem vix meretrix.

# Vita.

Natus sum Carolus Augustus Dietze Moguntiae a. d. III. Kal. Nov. anni p. s. LXXII patre Hermanno, matre Anna e gente Rumpf; fidei addictus sum evangelicae. Iam insequenti anno parentes Francofurtum redierunt. Ibi maturitatis testimonio accepto inde ab anno LXXXXI theologicis, historicis, philologicis studiis operam dedi Genavae, Gottingae, Erlangae, Berolini, Gottingae, ubi anno LXXXXVII examen pro facultate docendi sustinui. Nunc, postquam Aquis Mattiacis seminarii paedagogici sodalis, Francofurti candidatus probandus fui, a vere anni MDCCCC collegio gymnasii Fuldensis attributus sum.

Docuerunt autem me viri doctissimi Bouvier †, Chantre Genavenses; de Frank †, Geiger, Oechsler, Seeberg, Zahn Erlangenses; Barth, Dieterici, Dillmann †, Doering, Geldner, Harnack, Kaftan, Nic. Mueller, Pfleiderer, Plath †, Schlatter, Eric. Schmidt, Schrader, de Soden, Strack, de Treitschke †, Winckler Berolinenses; Baumann, Bonwetsch, Busolt, Cohn, Dilthey, Kehr, Krauske, de Lagarde †, Leo, Max. Lehmann, Guil. Meyer, G. E. Mueller, Pietschmann, Guil. Schulze, Schultz, Volquardsen, Wagner, Well-

hausen, de Wilamowitz-Moellendorff, Wrede Gottingenses. Berolini in societatem theologorum Kaftan me recepit, Gottingae ut historicorum proseminarii per sex menses, per bina semestria archaeologici seminarii, philologorum proseminarii, philologorum seminarii sodalis essem, benigne Krauske, Dilthey, Leo, de Wilamowitz-Moellendorff concesserunt, ad exercitationes cartographicas Wagner, epigraphicas et grammaticas Schulze, palaeographicas Meyer summa liberalitate aditum mihi permiserunt.

Qui viri omnes, inprimis vero Iulius Baumann, Carolus Dilthey, Fridericus Leo, Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff tam egregie de me meruerunt tantumque mihi in studiis profuerunt, ut gratiam eis quam maximam me semper habiturum esse profitear. Denique facere non possum, quin gratias agam Georgio Kaibel, qui quamvis aegrotus una cum Friderico Leone huic opusculo corrigendo operam navavit, optoque ut liceat ei bona valetudine fruenti magnum suum de comoedia Graeca opus perficere; quo perfecto melius iudicare poterimus de Philemone comico.